

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Michael Cobabus Friedrich Rusius

## **Disputationum In Epistolam Ad Romanos Prima Philologico-Theologica**

Rostochi[i]: Richelius, [erschienen] 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738035319>

Druck Freier  Zugang



Kart. i F. Risiunt

F. Auriatorz. Cobanus, Michael  
R.U. theol. 1644.  
*1645.*  
*1646.*



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rostdok/ppn738035319/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn738035319/phys_0002)

DFG

27.

DISPUTATIONUM  
IN EPISTOLAM AD ROMANOS  
PRIMA  
Philologico - Theologica

Quæ  
*Sapremi Numinis auspicio*

DIRECTORE

JOHANNE QVISTORPIO

S. S. Theol. D. Prof. celeberrimo, & Facultatis  
Theol. Seniore venerab.

PRÆSIDE

M. MICHAELE COBABO

Sternbergæ - Megapolitano,

RESPONDENTĒ

FRIDERICO RUSIO,

Hamburg.

Habebitur

In Auditorio Unicornis

ad diem Aug. horis matutinis.

• 1644 • 1644 •

R O S T O C H I ,

Exprimebat Johannes Richelius, Senat. Typographus,  
ANNO CLX JEC XLIV.

1644



# DISPUTATIO I.

exhibens

## IV. priorum Capitum Dispositionem.

I.

**D**ispositionis, quam nobis exhibet quatuor priora Capita Epistola ad Romanos, 4. præcipua sunt membra. Primum est INSCRIPTIONE, quæ propter descriptiones & commendationes, quas continet, est instar Exordii generalis, describuntur enim in illa 1. Paulus, 2. Jesus Christus, 3. Evangelium, 4. illi, qui Christum fiducialiter amplectuntur. Secundum est Exordium spectans partim ad Romanos, partim ad Judæos. Tertium est Propositio principalis. Quartum illius confirmatio.

2. Paulus describitur, (1) ab officio; erat enim servus Jesu Christi, v. 1. (2) à vocatione ad Apostolatum, v. eod. (3) ab electione speciali ad prædicandum Evangelium. Evangelium, quod prædicavit Apostolus, describitur (1) ab antiquitate & simul à causa efficiente principali. Est enim illud Evangelium, quod Deus in V. T. prædictum per Prophetas. (2) ab infallibilitate; habet enim suum fundamentum in scriptura V. T. v. 2. Jesus Christus (1) ab æterna generatione; dicitur enim v. 3. filius Dei. (2) ab incarnatione; quia secundum carnem natus est ex semine Davidis v. eod. (3) ab admirabili & efficacissima divinitatis ejus manifestacione factâ secundum Spiritum Sanctum [declaratus enim est ex resurrectione filius Dei, secundum Spiritum S.] (4) à salutis nostræ fonte & origine [per Christum enim Apostoli acceperunt gratiam, ut prædicarent Evangelium, v. 5.] (5) à benevolentia, quâ omnes homines prosequitur. Apostoli enim acceperunt gratiam, ut inter omnes gentes fidei obedientiam erigerent, i. e. Evangelium ita prædicarent, ut ab omnibus audiretur, & voluntate divinâ cognitâ approbaretur. 4. illi, qui Christum fiducialiter apprehendunt, describuntur à præstantiæ; sunt enim vocati Jesu Christi.

A 2. 3. Hu-

3. Hujus inscriptionis (1) propter Exordium generale, quod continentur videtur, finis primarius est attentio, secundarius docilitas. Debet enim ex principio Epistola Romana, & quilibet Lector ita concludere: Si Paulus est servus Iesu Christi, qui est aeternus Dei filius per Spiritum Sanctum manifestatus, & missus, ad praedicandum illud Evangelium, quod Deus praedixit per Prophetas in V. Test. & illi, qui doctrinam Evangelicam amplectentes in Christum credunt sunt vocati Iesu Christi, nostrum erit, ut doctrinam ejus non contempsim habeamus, sed sedulò observemus, & totam Epistolam singulari studio perlegamus (2). Propter subjectum cui scribit finis est, ut sequens Epistola ab omnibus dilectis Dei & vocatis sanctis, qui Romæ erant, legeretur & rectè cognosceretur.

4. Exordium quod sequitur spectat partim ad Romanos partim ad Iudeos. Hujus finis primarius est benevolentia, secundarius sunt attentio & docilitas. Media autem, per quæ benevolentiam captat, & Romanis fidei insinuat sunt (1) precatio; precatur enim ipsis gratiam Dei & pacem spiritualem, quæ à solo Deo profiscitur, & dicitur εἰς τὴν Ἰουδαϊκὴν κοινωνίαν Χριστὸν, v. 7. (2) gratiarum actione Deo per Jesum Christum ab Apostolo oblata, quod Romanorum fides in toto mundo annunciatetur. (3) Romanorum frequens & indesinens recordatio, cuius certitudinem juramento assertorio confirmat [testem enim, inquit, invoco super hac re illum Deum, quem spiritu meo colo in Evangelio filii ipsius, vers. 9.] (4) ardens & ineffabile desiderium iter Romam faciendi; quod probat & frequens Dei invocatio, ut prosperè εἰς τὸν Ἰεληνοῦ Ἀγῶνα ad Romanos iter dirigeret. Semper enim, inquit, in precibus meis orans &c. v. 10. i.e. nunquam ego preces fundo, quibus non adderetur precatio, pro prospero itinere Romam dirigendo. 2. istius invocationis causa, quæ est vehemens Romanos videndi desiderium, [quod ex idiotissimo lingue cognoscitur, nam Ἰεληνοῦ cum infinitivo constructum non significat simpliciter desiderare, sed magno cum desiderio cupere & expetere] ut donum aliquod spirituale ipsis offerret εἰς τὸν σπουδῆν τοῦ Ἰεληνοῦ. Huic Aetiologyæ addit interpretationem, quod donum illud Spirituale sit mutua consolatio, ex mutua fide oratio, v. 12.

Ex

IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

3

5. Ex hisce rationibus à Paulo in speciali proemio adductis, ut captaret benevolentiam, Romani ita debebant concludere: Paulus nobis precatur gratiam DEI & pacem spiritualem, Deo gratias agit ingentes & perpetuas, quod fides nostra annuncietur intoto mundo, nostri indesinenter recordatur, orat sine intermissione in cunctis precationibus, ut prospero itinere ei ~~delegat~~, ad nos perveniat, non ut facultatibus nostris juvetur, sed ut donum spirituale nobis communicet, & salutem nostram promoveat. E. non possumus ei denegare nostram benevolentiam, amorem & optimam voluntatem, sed potius omnes & singulos, qui Christum Romanos confitemur, decebit, ut Epistolam ad nos scriptam singulari studio & accurata meditatione perlegamus atq; perpendamus, quò voluntate Dei ex illa cognitā, in fide nostra magis magisq; confirmemur, illaq; discamus, quæ nostram salutem promoveant...

6. Hisce rationibus in proemio ad excitandos Romanos, qui erant partim gentes partim Judæi, adductis adduntur occupationes, in quibus responderet ad sinistras cogitationes (1) Romanorum. (2) Judæorum; prædicaverat enim hactenus Apostolus Evangelium apud Græcos, aliosq; populos, nunquam autem pervenerat ad limites Romanorum. Qua occasione dubitandi data de optima Pauli erga Romanos voluntate, quidam Romanorum poterant ita suspicari L Paulus hactenus Barbaros (ita enim Græci Romanos appellabant) neglexit, & græcos sapientes illis prætulit. E. non tanto amore nos potest prosequi. Antecedens probatur (1) ab adjuncto græcorum, quod erat sapientia, & Paulum ex mente Romanorum invitata, ut cum Græcis sapientibus conversaretur. (2) ab effectu Pauli, qui hactenus maximum fructum habuerat inter Græcos, nullum autem inter Romanos. Respondet ad antecedentis probationem, per rejectionem, & ostendit, quod sit ἀνθρώποι (1) Græci sunt sapientes. Ergo Paulus illos prætulit Romanis. Gentiles enim, inquit, vel sunt sapientes vel nudes, ego omnibus factus sum debitor, v. 14. (2) Paulus hactenus fructum aliquem habuit inter Græcos, nullum autem inter Romanos. Ergo Græcos Romanis præfert: Non enim mea culpa, neq; Romanorum negle<sup>ctu</sup>ret.

A 3

ic.

sed alienâ prohibitione factum est, ut hactenus non fructum aliquem habuerim apud Romanos; sâpè enim mihi proposui venire Romam, ut cum fructu Evangelium prædicarem ibi quoq; quemadmodum apud reliquas gentes. Nam quantum in me est, paratus sum vobis quoq; qui Romæ estis, Evangelizare: præpeditus autem sum in hunc usq; diem, v. 12. 15.

7. II. Paulum puderit hîc Evangelii, E. non potest orare in singulis precibus, ut ad nos veniat? Respondet v. 16, ad antecedens per inficiationem, ejusq; falsitatem probat ex Evangelii dignitate & utilitate, commendatur enim (1) ab honesto, & quidem à causa efficiente principali, vel ab objecti principalis præstantia, quod est Christus, v. 16. (2) ab utili, est enim potentia Dei ad salutem omni credenti, Judæo & Græco, quia per illud patet justitia Dei ex fide in fidem, quod probatur testimonio Habacuc, apud quem scriptum est: justus ex fide victurus, v. 17.

8. III. Potentia Evangelii non participes facti sunt Græci, Romani, & alii, qui hactenus in tenebris vixerunt. E. Deus est causa istius privationis & per consequens illi omnes in judicio Divino erunt excusabiles. Respondet ad consequens; Aut Evangelium est causa, aut Deus, aut ipsi homines. Non Evangelium, quia illud est potentia ad salutem omni credendi, Judæo & Græco, v. 16. Non Deus, quod probatur à fine notitiae naturalis, quæ sit (1) per ira divinæ manifestationem contra omnem impietatem & injustitiam hominum, v. 18. (2) per testimonium rerum creatarum & visibilium. Non enim DEUS manifestavit iram suam contra impietatem & injustitiam hominum, neque in natura testimonium de sua æterna potentia & divinitate reliquit, ut Græci, Romani & alii essent cœci, & in cæcitate relieti, potentia Evangelii nunquam fruerentur, sed ut per illa tanquam utilissima media invitarentur ad Deum per notitiam naturalem cognitum, glorificandum, & gratitudinem suam pro beneficiis acceptis ubiq; declarandam. Quia autem illum Deum, cuius ira omni impietati & injustitiae est manifestata, de cuius etiam æterna potentia, & divinitate Totius visibile testatur, non ut Deum glorificarunt; neq; grati fuerunt, Obtemperatum est insciens cor eorum, ut Evangelii potentiam non perceperint, v. 18.

9. IV.

IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

9. IV. Græci tamen & Romani fuerunt sapientes, E. ipsorum cor non potuit esse insciens & obtenebratum? Resp. ad anteced. v. 22. Crediderūt, se esse sapientes, sed stulti facti sunt, quod probatur ex effectu (1) qui immutaverunt gloriam immortalis Dei in similitudinē &c v. 23. ob hanc stultitiam Deus justè tradidit gentes per cupiditates cordium &c. v. 24. (2) commutaverunt veritatem ejus mendacio, & venerati sunt ea, quæ condita sunt super eum, qui condidit, qui ei laudandus in secula. Ob hanc causam tradidit eos Deus in cupiditates &c. v. 26. i. e. permisit, ut illa, quæ Evangelio Christi plenè erant contraria, perpetrarent.

10. Amplificatur per Apostrophem. Postquam enim Apostolus in præcedentibus demonstraverat, gentes propter iræ divinæ manifestationem contra omnem impietatem esse inexcusabiles. compellat nunc quoq; Judæos, simulq; declarat etiam Judæum Ethnicum judicantem, in judicio divino esse in excusabilē. s. m. Judæ⁹ novit Dei justitiam, quod illi, qui talia faciunt, digni sint morte. E. in judicio divino est inexcusabilis. Antecedens probat 1. ex effectu. Judæus judicat Ethnicum talia facientem, v. 1. Judicium autem omne præsupponit notitiam causæ. 2. ab adjuncta notitia, quæ sciunt, quod judicium Dei sit secundum veritatem adversus eos, qui talia faciunt. v. 2. Huic rationi obstante videntur (1) cogitationes hominum, iniquæ & perversæ, qui impunitatem sibi pollicentur, & omnino futurum esse arbitrantur, ut non veniant in Dei judicium. (2) diuturna judicii divini dilatio; propter hanc enim impudentes in diem vivunt, quasi nullum expectandum esset Dei judicium.

II. Ad (1) respondet per interrogationem: cogitas autem hoc, o homo, qui judicas eos, qui talia faciunt, & facis eadem, quod tu effugies judicium Dei? v. 3. quæ interrogatio fortiter affirmat, nullum peccatum posse effugere Dei judicium, illudq; probat testimonio Davidis ex Ps. 62, 13. tu reddas Domine unicuiq; secundum opera sua, v. 6. Amplificatur per ἐπειγόντων, v. 7. 8. 9. & 10. His quidem qui perseverantes in beneficiendo, &c. Ad secundum etiam respondet per interrogationem, & dicit ejusmodi homines r. contemnere divitias bonitatis, clementiæ & lenitatis Dei, v. 4. i. e. abuti opulentissima Dei bonitate. 2.

igno-

DISPUTATIO I.

ignorare finem Dei longanimitatis; non enim Deus propterea offert. Impenitentibus divitias bonitatis, clementiae & lenitatis, ut in peccatis perseverent & moriantur, sed ad penitentiam ducantur & invitentur, v. cod. 3. Colligere juxta duritatem suam & cor penitentia nescium sibi ipsis iram in die irae, quo patet justum Dei iudicium, v. 5. Consequens probat (1) ex effectu Judaeorum, quia Judaei ethicum judicantes seipso condemnauit, quod probatur 1. à condemnationis causa, quia Judaeus eadem facit, v. 1. 2. ab æquali omnium hominum conditione in iudicio divino, quod probat testimonio Mosis, ex Deut. 10, 17. Deus est magnus, potens, & terribilis, qui personam non accipit, v. II. (3) ab eventu, idem enim exitus manebit illo, qui in lege peccarunt, & qui sine lege peccatunt; hisine lege peribunt, illi per legem judicabuntur, v. II. in illo die, quæ judicabit Dominus occulta hominum &c. v. 15. Adiunguntur occupationes Judaeorum,

12. I. Judaei audiunt legem Mosis. E. sunt justi. Ethnici autem illi sunt destituti, E. sunt injusti, & per consequens non æqualis Judaeorum & Ethniorum eventus futurus erit. Respondet ad antecedens (1) Distinguendo inter externam legis professionem, & debitam illius observationem. Qui enim habent legem, ut illam duntaxat audiunt, illi non sunt justi apud Deum, qui autem sunt ejus factores, illi justificabuntur, v. 13. (2) Negando, quod Ethnici destituti sint lege; etsi enim non habent legem scriptam, tamen sibi ipsis sunt lex, v. 14. Quod probatur ex effectu; natura enim faciunt ea, quæ sunt legis, v. eod. (1) quia per opera externa & civiliter bona ostendunt, quod opus legis, ac norma secundum quam opera sunt dirigenda, sit scripta in cordibus suis, v. 15. (2) quia interna quoque illud ipsorum conscientia attestatur, cogitationibus inter se accusantibus & excusantibus, v. eod.

13. II. Sed Judaeus acquiescit in lege, gloriatur in Deo, novit & probat voluntatem Dei, ex lege eximia est institutus, credit, quod sic dux cæcorum, lumen in tenebris versantium, eruditus insipientium, doctor imperitorum, habens formam cognitionis ac veritatis per legem, v. 17. 18. 19. 20. Ethnicus autem est cæcus, in tenebris versans, insipientis, imperitus &c. E. non eadem conditio est Judæorum & Ethniorum in iudi-

judicio divino. Respondet ad antecedens (1) per concessionem ex mente Judaeorum. (2) Per correctionem; corrigit enim mentem pravam Judaeorum, & demonstrat ex illorum effectu, 1. quod non sint duces eorum, lumen in tenebris versantium, eruditores insipientium, & doctores imperitorum. Quomodo enim ille potest alios docere, ducere & regere, qui seipsum non docet? qui furatur, qui adulterium & sacrilegium committit, &c. v. 21. 2. Quod non probent voluntatem Dei, neque possint de Deo & de lege divina glorificari, quia nomen Dei propter Judaeos male audiret apud gentes, quod probatur testimonio Esa. cap. 52, 5. & Ezechieli cap. 36, 20.

14. 3. Judaei sunt circumcisi; Ethnici autem sunt incircumcisi. E. Judaei Ethnici sunt preferendi. Consequentiam probant, quia circumcisio prodest, v. 15. Respondet Apostolus (1) ad probationem consequentis per limitationem, & dicit, circumcisio prodest, si legem servaveris, v. eod. Quia limitatione Apostolus implicitè distinguit inter circumcisionem carnalem vel externam, & inter circumcisionem spiritualem & internam. (2) ad antecedens per inficationem, [a] quod Judaei sint circumcisi interne & spiritualiter, quia non servarent legem, neque in nova vita ambularerent v. eod. [b] quod Ethnici simpliciter & absolute incircumcisi sint; si enim servaverit praeputium justificationes legis, nonne praeputium illius pro circumcisione imputabitur? v. 26. (3) ad consequens responder per inversionem, & dicit Ethnicum fore Judaeum & circumcisionem, si legem servaverit; Judaeum autem praeputium & circumcisionem, qui per literam & circumcisionem transgressor est legis, & per consequens Judaeum legem non servantem non posse judicare Ethnicum, sed ethnicum legem servantem judicare Judaeum. Huic responsioni additur *αὐτορεγία* per duplum ὀρθού (1) Judaei (2) circumcisionis. Utraque assertio absolvitur 1. per ἄροιν. Non enim is, qui εἰ τῷ Φαρερῷ, &c. v. 28. 2. per Ἡρόν; sed qui in occulto Judaeus fuerit, is Judaeus est, & circumcision cordis circumcision est, quem Spiritu &c. v. 29.

15. Contra hanc responsonem poterant insurgere Judæi arbitrantes thesin Apostoli absurdam esse. Proinde addit Ap. sequentes occupationes i. Judæum non juvat lex scripta & circumcision. E. nullam habet prærogativam, nullaq; erit circumcisionis utilitas. R. ad prius membrum consequentis per inficationem, cui additur *αινολογία* sundata in Dei bonitate, quâ Judæis πεπονι [præcipue] commissa sunt oracula divina, ut eorum essent custodes, & dispensatores. Deinde ad posterius iterum per negationem. Etsi enim Judæis incredulis non prodest circumcision, fregerunt enim illius sedus; tamen hæc manet utilitas, ut Spiritus sancti gratiâ perverbum illuminati ad sedus circumcisionis cum Deo factum revertantur. Incredulitas enim circumcisionis non irritam facit Dei fidem, v. 3. quod probatur ab impossibili. Sitenim omnis homo mendax, Deus tamen non potest non esse verax in promissis, v. 4. alias non posset justificari in sermonibus suis, & vincere cum judicatur, v. eod.

16. 2. Homo est mendax ut Deus justificetur. E. mendacium & iniquitia nostra commendabit Dei justitiam, & per consequens Deus erit iniquus, qui inducat iram, vel peccato atque iniquitatæ irascatur R. I. ad consequens per inficationem, illamq; probat ab impossibili: impossibile enim est, ut ille judicet mundum, qui est iniquus, v. 5. 6. 2. ad antecedens per inficationem, quam probat ab absurdo. Si enim veritas Dei per meum mendacium excelleret in gloriam ipsius, sequeretur hoc absurdum, quod ego posthac veluti peccator non possim judicari, v. 7. Imo potius diceremus, faciamus mala ut inde eveniant bona, sicut quidam de nobis male loquantur, quorum damnatio justa est, v. 8.

17. Affirmativa Judæorum sententiâ de prærogativa sibi concedenda per δοκιμâ reiectâ pergit Ap. & Negativam ex Scriptura Sacra defendit talis enthymemate: Judæi & Græci sunt sub peccato. E. Judæi nullo modo præcellunt. Antecedens 1. probari ait rationibus antea adductis, 2. autoritate Scripturæ V. T. quæ omnes homines accusandos & damnandos esse dicit [a] iniquitatæ. Neminem enim à communi reatu excipi posse, siquidem non est justus,

IN EPISTOLAM ID ROMANOS.

5

Justus, ne unus quidem, v. ii. [b] cæcitat̄is & ignorantia spiritua-  
lis. Nam non est qui intelligat, non est, qui exquirat Deum, v. ii.  
[c] Apostasiæ à Deo & à lege: omnes deflexerunt, v. 12. [d] foeditatis  
scelerum: Inutiles enim facti sunt, &c. v. eod. [e] vani loquentia  
& fraudulentia: sepulchrum apertum guttur eorum; linguis suis ad  
dolum usi sunt, v. 13. [f] Maledicentia, v. 14. [g] Savitria & vio-  
lentiæ, v. 15. [h] Turbulentia, contumaciæ, & seditionis, vers. 17.  
[i] Prophanitatis & contemptus Dei, v. 8.

18. Hic se additur occupatio Judæorum. Scriptura in citatis  
locis non loquitur de Judæis, sed Gentibus. E. non infringit Judæo-  
rum præcellentiam. R. ad antecedens per negationem, illamque  
probat ab adjunctâ notitiâ, quâ omnes Judæi cognoscant, quod sint  
in lege, & propterea quæ lex dicit etiam Judæis dicat. Quæcunq;  
enim lex dicit, illa omnibus hominibus dicit, ut nemo præcellat,  
sed omnes obturetur, omnisq; mundus obnoxius fiat Deo, v. 19.  
Quo concessu putâ quod omnes homines sint peccatores, & pro-  
pterea in judicio divino nemo præcellat, Apostolus ita concludit:  
Omnes homines non justificantur ex operibus legis in conspectu  
Dei. Hanc conclusionem probat per effectum legis contrarium,  
quando dicit: per legem enim est agnitus peccati.

19. Occupationibus, quæ propositioni erant præmittendæ,  
absolutis aggreditur Apostolus propositionem principalem, quæ  
ut perspicue cognoscatur & explicetur, additur oꝝ illius ju-  
stitia, à quâ justificatio, quæ fit in conspectu Dei, suam habet deno-  
minationē 1. describitur à principio ex quo est manifestata, quod est  
Evangelicū. Nam absq; lege justitia Dei manifestata est, v. 21. Ne-  
gato itaq; uno oppositorum p. quod absq; lege sit manifestata, alte-  
rum ponitur, p. quod per Evangelium sit revelata. 2. à certitudine,  
quia est illa justitia, quæ legis & Prophetarum comprobatur testi-  
monio, v. eod, 3. à Subjecto Cuius, est enim Dei justitia, v. 22. 4. à  
Subjecto Cui, illud ratione acquisitionis sunt omnes homines, quia  
non est distinctio. Omnes sunt peccatores & destitutiuntur gloriæ  
Dei, v. 23. ratione applicationis soli credentes. Justitia Dei per fi-

B 2

dem

dem Jesu Christi in omnes, & super omnes qui credunt, v. 22. 5. à causâ principali, quæ est gratia Dei, v. 24. hac enim gratis sine operibus justificamur. 6. à causâ meritoria, quæ est Christus Jesus, in quo est nostra redemptio, satisfactio pro nostris peccatis, & meritum veræ justitiae, v. eod. 7. à causâ instrumentalis, quæ facit ut hæc justitia fiat nostra justitia, *hæc est fides*, v. 25. &c. Deus enim non absolute Christum proposuit Mediatorem, sed per fidem, quæ fundata est in sanguine illius sc. propitiatoris. 8. à fine duplo, Prior est proximus, qui est remissio peccatorum vel salus nostra: posterior est ultimus qui est justitiae DEI declaratio. Non enim sine causâ Deus voluit Christum esse propitiatorem, sed *περι θεού της διαγνώσης αὐτῆς εἰ τοῦ νόμου κατέχει*, i. e. ut nos peccatores, qui damnandi eramus, per gratuitam remissionem peccati justificaret, & ita justitiam declararet in Christo sufficiens meritum inventendo.

20. Proximo fini additur determinatio temporis, non ut redemptionis vis restringatur ad peccata præterita, quasi peccata N. Testamenti post justificationem commissa aliter expiari oporteat, sed ut imbecillitas V. T. ceremoniarum ostendatur. Unde additur, quæ peccata præterita Deus toleravit ad ostendendā justitiam suam in præsenti tempore i. e. N. T. quo sanguis Christi verè effusus est, ut 1. ipse esset justus, quippe qui peccata in filio justè vindicaret, & ita gloriae suæ vindex declararetur. 2. ut sit justificans illum, qui est ex fide Jesu, v. 26. Quibus absolutis tali entymemate concludit Apostolus. Deus justificat illum gratis ex merita misericordia sine operibus, qui est ex fide Jesu Christi. E. nemo potest gloriar in propriâ justitiâ in conspectu Dei.

21. PROPOSITIO. Colligimus igitur fide justificari hominem ab aliis operibus legis, v. 28. Propositioni additur duplex occupatio I. agit de subjecto indefinite posito.

Deus est Deus Judæorum non Ethnicorum. E. Ethnicos non potest justificare.

Resp.

11. Resp. Ad antecedens per inficiationem, quod Deus non tantum sit Deus Judæorum, & juramento affirmat, v. 29. quod etiam sit Deus gentium, quam assertionem probat ab unitate Dei, quandoquidem unus Deus, &c. v. 30. Ad consequens respondet iterum per inficiationem, quia Deus justificaret circumcisionem, i. e. Judæos ex fide, & præputium, i. e. Ethnicos per fidem, v. eod. 2. occupatio agit de determinatione prædicati.

Apostoli docent justificationem fidei fieri absq; operibus. E. legem irritam faciunt per fidem.

Resp. Ad consequens per negationem & probat ab effectu contrario, quod non irritam faciant legem, sed potius illam stabiliant; inquit enim legem irritam facimus per fidem? Absit, imo legem stabilimus, v. 31.

22. Sequitur CONFIRMATIO in principio confirmationis provocat Apostolus ad Judæorum judicium de Abraham. Sciebat enim, quod Judæi de illo semper gloriarentur, & absurdum esse putarent, imo impium, si diceretur ipsum vitæ sanctimoniam & bonorum operum exercitio in conspectu Dei nihil invenisse, aut consecutum esse. Proinde tale proponit enthymema pro Judæis:

Abraham per sanctitatem suam gloriam invenit, & ex operibus est justificatus. E. absq; operibus legis homo non justificatur.

Resp. Ad antecedens 1. distinguendo inter gloriationem, quæ fit coram hominibus, & quæ fit coram Deo. 2. Concedendo, quod gloriam invenerit apud homines. Nam si Abraham ex operibus justificatus est, habet quod gloriatur, at non apud Deum, v. 2. 3. Negando tali enthymemate.

Abraham non habuit gloriam apud Deum. E. ex operibus non est justificatus.

Antecedens probat implicitè, quia omnia sunt debita, merita, autem oportet esse indebitum. Consequens probat 1. ex loco consequentis, Nam Negato consequente, negatur & antecedens,

B 3

dens, i. e. negata gloriacione hominis apud creatorem, quam justificatio operum afferre debebat, negatur quoq; justificatio operum.

2. Ex Scriptura:

Abraham creditit Deo, & imputatum est ei ad justitiam. E. Non ex operibus est justificatus,

Antecedens probat ex Gen. cap. 13. v. 6. Creditit Abraham Deo & reputatum est illi ad justitiam. Consequen. probat ex loco oppositorum:

Fide justificari & ex bonis operibus justificari sunt opposita. E. Abraham, qui fide justificatus est, non ex operibus est justificatus.

Antecedens pro�at I. ex diversitate effectus & consequentia, aliam enim consequentiam habet justificatio ex operibus nam ei, qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum; v. 4. aliam autem justificatio ex fide, nam ei, qui non operatur, sed credit in eum, qui justificat impium, imputatur fides sua ad justitiam, v. 5. II. Ex effectu justificacionis illius quae sit per justitiae imputationem absq; operibus tali Enthymemate.

Abraham fuit beatus. E. ei Deus imputavit justitiam absq; operibus.

Antecedens concedunt Judæi, consequens probat ex Psal. 32. ubi David testatur, quod ille sit beatus, cui Deus imputat justitiam absq; operibus, cui remissæ sunt iniquitates, & cuius obiecta vel remissa sunt peccata, quæ remissio per interpretationem dicitur imputatio. Nam beatus est vir, cui non imputabit Dominus peccatum, v. 8.

23. Ad hoc exemplum poterant Judæi excipere, quod exemplum Abrahams faceret pro Judæis, non autem pro ethnicis. Proinde tale profert enthy mema:

Abraham fuit circumcisus, & fuit pater Judæorum. E. exemplum Abrami tantum juvabit Judæos

Resp. i. ad primum membrum antecedentis, non esse quaestione an Abrahamus fuerit circumcisus, sed an tunc fuerit circumcisus, quando ipsi imputata est justitia. Quod autem tunc condum fuerit circumcisus, illud vult dicere adeo esse manifestum, ut à

ut à nomine in dubium vocari possit. Dicimus enim inquit, i.e. fatemur justitiam Abrahamo fuisse imputatam non in circumcisione, sed in præputio, v. 9. 10. 2. respondet ad consequens, absurdum esse ita colligere:

Abraham fuit circumcisus. E. exemplum Abrahami est particularē, & spectat ad solos Judæos. Si enim circumcisione simpliciter ita dicta esset causa beatitudinis vel justitiae Abrahamo imputata sequeretur 1. quod effectus prior esset causā. Imputata enim fuit justitia Abrahamo non in circumcisione, sed in præputio ante circumcisionem, v. 10. quomodo ergo imputata est, quum esset in circumcisione an quum esset in præputio? non in circumcisione sed in præputio. 2. quod antecedens posterior esset consequente, quia circumcisione in Abrahamo fuit similis sigillo quo diploma confirmatur, v. 11. & signum accepit circumcisionis, signaculum justitiae fidei, quæ fuerat in præputio. Quemadmodum igitur sigillum non præcedit diploma, sed sequitur, ita etiam circumcisione in Abrahamo secuta fuisse justitiam fidei, illamq; confirmasset. Tali modo Ap. h. l. nullo modo justificationem in Abrahamo à circumcisione dependere demonstrat, ut & reliqua opera ad hominis justificationem nihil conferre ostendat, cum non justificandum præcedant, sed justificatum se quantur. 2. Ad secundū membrum antecedentis: non esse questionem cuiusnam pater Abraham sit propter carnalem generationem, sed propter justitiam fidei, quæ hoc loco est fundamentum & causa paternitatis, à quâ Abraham dicitur pater credentium. Proinde tale proponit Ephymema.

Abraham accepit justitiam fidei in præputio, ut esset pater omnium credentium per præputium, ut imputaretur & illis justitia. E. non est Pater Judæorum, quatenus sunt Judæi, & circumcisioni, sed omnium credentium, qui habent justitiam fidei, & circumcisionis illis, qui non tantum genus ducunt à circumcisione, sed etiam inserviunt vestigiis fidei, quæ fuit in præputio patris nostri Abrahami.

Antecedens probat ex loco oppositorum tali syllogismo disjunctivo:

Aut

Aut promissio Abrahamo & semini ejus facta est per legem, aut per justitiam fidei. Non per legem, nam si illi, qui ex lege sunt, hæredes essent & filii Abrahæ, sequeretur hoc absurdum & impossibile, quod fides facta sit inanis & promissio irrita, v. 14. Lex enim non potest promittere hæreditatem, sed iram operatur propter transgressionem. Ubi enim non est lex, ibi non est ira, quia ibi non est causa iræ vel transgressio, v. 15. E. per justitiam fidei Abrahamo promissio data est, & per consequens hæreditas est ex fide, vel hæredes, & filii Abrahæ sunt credentes.

Hanc conclusionem expressè ponit Apostolus, v. 16. 17. 18 &c. quando inquit: Idecò ex fide datur hæreditas, ut secundum gratiam, i. e. gratuitò fiat justificatio, & ut firma sit promissio universo semini, non ei quod est ex lege tantum, verum etiam ei, quod est ex fide Abrahæ.

Occup. Historia de fide Abrahæ scripta est, ut cognoscatur qualis ille fuerit. E. ad nos non pertinebit.

Resp. Ad consequens per insuffiationem. Dicit enim quòd historia non tantum sit scripta propter Abrahamum, sed etiam propter illos, quibus imputabitur, creditibus in eum, qui excitavit Jesum Dominum nostrum à mortuis, v. 23. 24. Add. *αιλονείας*, quia Christus non tantum traditus est propter peccata Abrahæ, sed etiam nostra & ex citatus est propter justificatiōem nostri, v. 25.

Atqui hæc est brevis textus Dispositio, & resolutio facta per Enthymemata ab Apostolo oratorum more observata, ut per illa Jud. & Ethnico distinetè atq; perspicue informaret. In sequentibus Disputationibut cum bono Deo textum (quantū mihi concedet divina gratia) perspicue interpretabor. Quibus absolutis repetā & cum ex scriptura tūm ex antiquitate quæstiones præcipuas in explicatione textus paucissimis tactas fusius pertractabo, ut veritas *ἡστώς* nostra Eccl, & falsitas *ἄνθετος* adversiorum fiat manifesta. Faxit benignissimus cœli pater ex mera gratia & paternâ bonitate propter filium unigenitū Dn. nostrum J.C. ut absq; crucis Martis scvitia sub Principiis nostri Clementissimi tranquillo atq; dulci præsidio & nunc, & futuris temporib; illa, per quæ Salvatoris Regnum propagatur, &

*Reip. Salus conservatur, pio animo meditemur, at debitâ reverentiâ perscrutemur.*

28.

DISPUTATIONUM  
IN EPISTOLAM AD ROMANOS  
SECUNDA  
Philologico - Theologica

Quæ

*Supremi Numinis auspicio*

DIRECTORE

JOHANNE QVISTORPIO

S. S. Theol. D. Prof. celeberrimo, & Facultatis  
Theol. Seniore venerab.

PRÆSIDE

M. MICHAELE COBABO

Sternbergâ - Megapolitano,

RESPONDENTE

HENRICO BARTHOLDI

Friedland. Megapol.

*Habebitur*

In Auditorio Unicornis

ad diem <sup>3. duilij.</sup> ~~Junij~~ horis matutinis.

— 0900 — 0930 —

ROSTOCKI,

Exprimebat Johannes Richelius, Senat. Typographus,  
ANNO CLO I<sup>o</sup> XLIV.

.85

MUNDATATIPISTI  
ZUM FEST DER STADT ROSTOCK  
V. A. C. G. S. H. C.

EGO DILECTUS EGO DILECTUS

OPHOELEBONI  
GODAEGO  
M. M.



HENRICO LARINORI

ALI  
HABEBIT  
S. H. C.  
EGO DILECTUS

## DISPUTATIO II.

*Ex Vers. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. Cap. I.*

*Epist. ad Romanos.*

### I.

**P**AULUS Judæus Tarsensis & civis non obscuræ ci-  
vitas Gilicum Act. 21, 39. fuit Pharisæus & Pharisæi filius Act. 23, v. 8.  
v. 6. ab adolescentiâ vitam egit Hierosolymis Act. 26, 4. educatus  
ibidem ad pedes Gamalielis, & institut⁹ accuratè in patriâ lege Act. 22, 3.  
prosecut⁹ in Judaismo Gal. 1, 14. Secundum carnem Christum aliquando  
cognovit 2. Cor. 5, 16. à morte Stephani, adolescens adhuc Ecclesiam est  
persecut⁹ & fuit persecutor magnæ illius persecutionis, quæ incipiebat  
eodem die, quo Stephanus est lapidatus, & membra Ecclesiæ Hierosol-  
ymitanae dispersa sunt per Judæam & Samariam præter Apostolos  
Act. 8, 1. fuit aliquandiu infenissimus hostis Ecclesiæ Actor. 26, 10. II. ix  
viâ Damascena est conversus, & vas electum factus, Act. 9, 3. Act. 26, 12.

2. Hoc vas electum & Evangelii Præco dicitur Δῆλος non à  
servitute, quæ opponitur 1. libertati Christianæ. 2. Libertati à coactio-  
ne & simplici necessitate, sed libertati ab obligatione speciali propter  
vocationem ad Apostolatum à Christo ipso acceptam; Nam si Evange-  
lizem inquit 1. Cor. 9, 16. 17. 18. 19. non est quod glorie, necessitas mihi  
incubit, vñ autem mihi est, nisi Evangelizem. Nam si volens hoc  
facio præmium habeo sin invitus dispensatio commissa est mihi &c.  
unde h. I. dicitur.

3. (a) κλησίς à vocatione, quæ hic attendenda est non tam ra-  
tione Vocati, quam Vocantis. Volebat enim Apostolus, qui Ecclesiam fue-  
rat persecut⁹ & propterea indignus esse videbatur, qui aliis viam ad  
Christum tendentem monstraret, author esse Romanis, & altis populis  
ut Epistolam DEI instinctu & mandato perscriptam sedulò perle-

C 2 gerent:

gerent : Proinde vocationem suam ad Apostolatum divinam esse ostendit . Quod a κλησι, ut Nomen, non semper significet in Scriptura sacra divinae vocationi obtemperantem, & κεκλημένος, tanquam Participium, DEO vocanti non obtemperantem, ut Lucæ 14, 24. illud probatur ex Ebraeor. 9, 15. ubi fideles vocantur κεκλημένοι, & Matth. 20. v. 16. c. 22, 14. ubi omnes homines vocantur κλητοί.

4. (β) Απόστολος ab officio quod primariis Ecclesiæ Doctoribus Novi Test. immediatè à Christo erat commissum. Etsi enim Paulus in die Pentecostes visibili Spiritus Sancti effusione ad officium Apostolicum non fuit inauguratus ut reliqui Apostoli, attamen extraordinariè Apostolorum coetui est adjunctus. Ob hanc causam & hic & aliobise nuncupat Apostolum, ut 1. Cor. 1, 1. 1. Corin. 15, 9. Imò talem Apostolum, qui in nullâ re inferior esset summis Apostolorum, 2. ad Corinth. 12, 11. Acceperat enim per immediatam vocationem mandatum ubiq; docendi & Ecclesiæ Christi fundandi Rom. 15, 20. & 21. 1. Cor. 3, 10. In hac significatione non accipitur vocabulum Apostoli, quando Barnabæ & aliis in S. Scripturâ tribuitur. Etsi enim partes Apostolicæ functionis inter Apostolos ita sunt distributæ, ut Petrus, Jacobus & Johannes inter Judæos, Paulus autem & Barnabas inter Gentes prædicarent: Imò Barnabas Act. 13, 2. ad partem quandam functionis Apostolicæ unâ cum Paulo fuit segregatus, segregatio tamen ista facta à Spiritu S. non fuit prima & immediata vocatione, sed tantum destinatio ad certum locum.

5. (γ) Αρχιερευμένος. Sic dicitur ab illâ segregatione, non quæ notabat professionem Pharisaicam (huic n. sese opponebat in statu conversionis constitutus) sed vocationem ad divinam functionem administrandam. Segregaverat n. ipsum Deus ab utero matris, & per gratiam suam vocaverat, ut per illum filium suum revelaret Gal. 1, 15. ideo q; à Christo in via Damascena immediate vocat⁹ ad Ananiam missus est, qui imponeret ipsi manus, ut Ecclesiæ de ipsis vocatione constaret Act. 9, 17. Quæ vocatione solenniter manifestata fuit Act. 13, 2. quando ad gentes allegadus à Sp. S. est seperatus, & ordinarius gentium Doctor est declaratus, ut ad Evangelium apud gentes prædicandum ipsum legiūmē vocatum esse, cognosceretur.

6. Ob

6. Ob hanc causam additur ēis ὁ ἀγγέλος Θεός. Per Evangelium h. l. intelligitur publicum de Messia exhibito præconium vel Evangelium completum, quod ratione Essentiae ab Evangelio Veteris Testamenti vel non completo haud distinguitur. Nam patres per gratiam Domini nostri Jesu Christi, quæ in Evangelio annuntiatur salutem sunt consecuti Act. 15, 11. & quod Prophetæ sub typis docebant tanquam Evangelium compleendum, illud Apostoli typis propter Christi adventū, passionem, mortem, resurrectionem & ascensionem impletis, prædicarunt ut Evangelium completum, de quo hic dicitur ὁ ἀγγέλος Θεός ἡ 2.  
Ἄλλο τὸ πρόφητον εἶπεν εἰς γέραπεν ἀγίου;

7. Per Prophetas intelliguntur illi, quos Deus in V. T. extraordinarie vocavit, ut promissionem de Messia repererent, atq; cæcos ad penitentiam agendam poenarum comminatione invitarent; Leviticis autem Sacerdotibus, quibus ordinariè functio Ecclesiastica commissa erat sese opponerent, propterea quod non tantum essent Hypocritæ & negligentes in veritate verbi divini propagantia, sed etiam cultibus idolatriæ delectarentur. Distincti igitur erant à sacerdotibus & scribis. Sacerdotes enim 1. ordinariè succedebant. 2. Erant ex tribu Levi. 3. non tantum docebant, sed etiam sacrificabant. 4. non erant instructi dono miraculorum & scientiâ rerum futuratum. 5. errandi periculo erant obnoxii. 6. Manserunt usq; ad Christum. Prophetæ autem 1. ex aliis etiam tribubus sunt vocati, ut, Esaias, Daniel, &c. 2. Extraordinariè vocationem acceperunt. 3. non sacrificarunt. Elias quidem sacrificavit, sed extraordinariè, DEI instinctu, in loco à DEO non constituto & alias prohibito ut sacerdotes Baalitici convincerentur. 4. Donis extraordinariis fuerunt instructi, ut prædicerint futura sibi vel per visiones internas, vel per objecta externa, vel per somnia, vel per internum afflatum, vel per Angelorum apparitionem à DEO manifestata; Num. 12, 6. 7. 8. Hebr. 1, 1. 5. Immediato Spiritus S. afflatus loquentes in doctrinâ errare non potuerunt. 6. Missi fuerunt à DEO usq; ad tempus Malachia, qui fuit ultimus unde August. l. 17. de Civ. Dei, c. 24. inquit, Toto illo tempore, ex quo Judæi redierunt è Babylonia post Malachiam, Haggæum & Zephariam, qui tunc prophetarunt, & Eldram non

non habuerunt Prophetas usq; ad Salvatoris adventum. Horum Prophetarum quidam docuerunt ante captivitatem, quidam post captivitatem. Non igitur per Sribas, qui in Synagogis & templo legem interpretabantur & a quicunque Prophetæ vocantur, Isa. 28, 7. Jerem. 26, 11. Deus immediate promisit Evangelium implendum in Scripturis sacris.

8. PER SCRIPTURAS intelligitur illud verbum Dei quod Prophetæ vivâ voce prædicarunt: Non n. aliud verbum scripserunt, & aliud prædicarunt siquidē Synonymice accipiuntur. dictum esse per Prophetas & scriptū esse in Prophetis, Matth. 1, 22. c. 2, 15. c. 4, 4. 14. Marc. 15, 28. Joh. 19, 36. Rom. 4, 3. c. 11, 2. 2. Ignorare Scripturas, quæ per omnes Sabbatum leguntur, & ignorare Voces Prophetarum, Acto. 13. v. 27. Quod enim hic voces Prophetarum Apostolus appellat, illud erat Scriptura Prophetarum & libri Mosis, qui divisi erant in certas sectiones, quæ singulis singulis sabbatis perlegerunt, ut singulis annis lex absolvaretur. De qua lectione agitur Act. 15, 21. Quibus cognitis in aprico est Divisionem Verbi in Scriptum non esse divisionē Generis in species, sed subjecti in Accidentia, quæ essentiam verbi nō ingrediuntur, siquidē unum idemq; Dei verbum manet, sive per prædicationem, sive per scripturam nobis innotescat. Modus enim patescationis, qui dunt taxat in usu organico consistit, non tollit neq; labefactat verbi divini efficaciam.

9. OBJECTUM principale hujus Scripturæ est Jesus Chr; qui  
 ¶. 3. hic describitur. A filiatione, quam non habet (α) per creationem; ipse n. existit creator omnium rerum Johan. 1, 1. & 3. Hebr. 1, 11. Coloss. 1, 16.  
 (β) per adoptionem, ut in hunc filium credentes Joh. 1, 9. quia t. absolute hic vocatur DEI filius, ut quoq; Matth. 16, 15. & alibi. 2. distinguitur à filiis adoptionis Gal. 4, v. 4. 3. Dicitur ὁ μονογενὴς cum articulo Joh. 3, 16. ut notetur Christum per illam filiationem vocari filium, que nulli creaturæ est adscribenda. Est igitur filius per æternam generationem, quæ pater modo ineffabili totam suam essentiam communicat Filio, ita ut eandem totam sibi reservet.

10. Quod autem detur ejusmodi filiatio probatur 1. ex æternâ paternitate, quæ habet respectum ad æternam filiationem. 2. Ex Psalmo secundo cuius proposicio est: Ethnicorum & Judæorum conatus, quibus

scsc

BORN

fere opponunt Monti Sion vel regno Christi, sunt vani. **C**ONFI-  
**M**ATI<sup>O</sup>: (a) quia nullam habent potentiam resistandi Christo. (b)  
 quia D<sup>E</sup>US longanimitis illos fidet. (c) loquetur cum illis, id est per-  
 turbabit illos in viâ. (d) quia Regnum illud, contra quod pugnant, à  
 D<sup>E</sup>O est constitutum. (e) quia Rex hujus regni est D<sup>E</sup>I Filius & o-  
 mniū potētissimus. **C**ONCL<sup>U</sup>S<sup>T</sup>O instituitur per **G**alat<sup>ians</sup>  
 p<sup>ar</sup> 1. s. m. Cum igitur frustea pugnetis contra regnum Christi, desistite  
 vos Reges terræ à vestro proposito, & in melius converte mentes, oscu-  
 lamini hunc Filium, quia est illud subjectum, in quo illi, qui beati esse  
 volunt, sperant & omnem fiduciam possunt. Quibus cognitis præ-  
 supponitur Regem Davidem & Prophetam non esse hunc filium,  
 Prædicata enim non admittunt, ut ipse sit illud subjectum, quod hic ap-  
 pellatur filius & quia non fuit Rex de monte Sion, qualis est Rex  
 Ecclesie & sanctus in Israel 2. non est בָּרוּךְ genitus. 3. Gentes non  
 sunt factæ ipsius נָתַן 4. Ipsi<sup>s</sup> שָׁמָן non fuerunt וְאֶלְעָדָן, fines  
 terræ. 5. Non habuit sceptrum ferreum, quo confringeret Reges  
 terræ ubique habitantes, et vas siguli. 6. Rogat ut Reges &  
 Judices, quocunq; tempore illi viverent, exercitatem spirituali depositâ jus-  
 sa divina intelligerent, & castigationem patienter ferrent. 7. Adhor-  
 tatur illos ut filium osculetur ne irascatur, & ipsi in viâ pereant. 8. Non  
 est illud subjectum, in quo credentes cum V. cum N. T. suam habuerunt  
 beatitudinem. Quo concessio, putâ quod Psalmus non loquatur de  
 Davide ut filio D<sup>E</sup>I, queritur qualis sit iste filius, de quo hic agitur.  
 Aut erit filius per creationem, aut per adoptionem, aut per es-  
 sentia communicationem. Non per creationem, quod ante a fuit o-  
 stensum, neq; per adoptionem; Si enim hoc modo esset Dei filius, es-  
 set talis vel per miraculosam conceptionem, vel gloriosam resurrectio-  
 nem, vel divinam in statu exinanitionis factam operationem, vel spiri-  
 tualē & majesticam exaltationem. Non per primum, neq; secun-  
 dum, neque tertium, neq; quartum, quia ante horum omnium exi-  
 stentiam erat filius Dei, & habebat sceptrum ferreum, quo pereytiebat  
 Reges & Judices terræ, qui se nolabant exosculati & audire. Concedi-  
 tur quidem, quod per hanc media æterna ejus filiatio in tempore fuerit  
 decla-

declarata & manifestata: non autem propterea consundenda est ipsa filatio cum declaratione; aliud enim est ipsa res, & aliud est rei probatio. E. Est filius Dei per essentia communicationem, quae est perfectissima & propterea 1. non potuit multiplicari, 2. aeterna, quia hic filius D<sup>OM</sup>N dicitur esse genitus, quod si tempus significat, significabit vel praeteritum, vel praesens, vel futurum. Non praeteritum, neq; futurum, quia nunquam talem significationem habet, nec habere potest, neque praesens, quia non fuit genitus eo die, quando S. S. hunc Psalmum per os Davidis fuit prolocutus.

**L.** Extra omne tempus igitur est genitus per generationem ineffabilem & perfectissimam. Quae ut distinguantur à generatione in tempore factâ addit. Apostolus ἐπομένεις τηρίγαλος Ααβίδης τούτου. Hic particula ἔτι omnino postulat, ut ex alia naturâ Christum astimeamus, & quidem ex eâ, quæ paulo post in subsequentibus verbis declaratur. Nam scriptura uitetur interdum particulis distinctivis, ut distinctiones in Christo naturas esse, & quamlibet suas proprietates, quæ de tota persona dicuntur, servare firmiter credamus. Tales sunt 1. εἰς 2. Cor. 13, 4. 2. εὐ Eph. 2, 14. 3. ἀλλοὶ Heb. 9, 12. 4. εἴ τι ut h. l. Quæ particula si in quibusdam locis scripturæ non inveniuntur, ut Act. 3, 15. 1. Cor. 2, 8. 1. Joh. 1, 1. ostendendum est ex aliis locis secundum quam naturam prædicata de persona prædicantur. εἴ τις, igitur hîc non exponendū est modo vulgari, & carnali, ut Roin. 4, 1. sed modo restricto, ut c. 9, 5. Nâ per εἴ τις synecdochice hîc intelligitur tota Christi humana natura, quam λόγος in unitatem suæ personæ & gloriae cum omnibus attributis & infirmitatibus humanis realiter assumpsit. Dicitur igitur εἴ τις non propter corruptionem, fuit enim immaculata, sancta & integra, neq; propter solius corporis ex virgine Mariâ assumptionem. Opponitur enim hoc loco εἴ τις divinæ Christi naturæ, & non animæ rationali; sed 1. propter infirmitatem, cui in statu eximationis Christus assumptâ verâ naturâ humana sese sponte subjecit, ut nostram infirmitatem juvaret, & benignissime sanaret. 2. Propter personalitatis, per quam natura humana & divina existunt, unitatem, ut ostendatur λόγος non

IN EPISTOLAM AD ROMANOS.

non assumisse personam, sed naturam humanam. 3. propter assumptionis Naturæ humanæ veritatē, ut, non τὸ Φύλασμα aliquod, vel spirituale substantiam, vel corpus aëreum, sed verum corpus humanum carne & ossibus constans, vel veram naturæ humanæ substantiam, Christum assumisse, firmiter credamus. 4. Propter dilectionis, quā carnem nostram assumens omnes homines prosequitur, manifestationem. Ille enim propter ineffabilem amorem in utero Mariæ homo nascitur, cuius natura assumpta caro dicitur, ut nunc arctissimam cognitionem, & consanguinitatem inter Dei filium & totum genus humanum esse cognoscamus. 5. Propter personæ & naturæ distinctionem. Personā enim nominant concreta, ut homo, Filius Dei : Naturam autem abstracta, ut hoc loco Καρπός, quæ significat naturam humanam, constantem animā & corpore, quemadmodum Joh. 1, 14. 1. Tim. 3, 16.

12. Quod a. Καρπός, i. særissimè significet perfectā naturam humanam, & carnem animatā, probatur ex Gen. 6, 12. Joel. 2, 28. Esa 40, 6. Luc. 3, 6. Act. 2, 17. 1. Cor. 1, 29. & aliis locis. 2. Hoc loco significet non corpus expers animæ, sed animā rationali præditū prob. I. quia Christo competit I. Notatio perfectæ naturæ humanæ. Dicitur enim i. homo & Tim. 2, 5. Luc. 23, 47. 2. puer Esa. 9, 6. Act. 4, 27. 3. Filius Abrahæ & filius Davidis Matth. 1, 1. filius Mariæ Es. 7, 14. Matth. 1, 23. Luc. 1, 31. Ergo quoq; notatum. II. Competunt ei omnes partes essentiales perfectæ naturæ, ut 1. anima rationalis, Matth. 20, 28. Luc. 23, 46. 2. Corpus, Marc. 14, 8. Joh. 2, 21. Coloff. 1, 22. & alibi, ubi partes intégrales corporis Christo tribuuntur, ut sunt ossa, pedes, manus &c. Positis igitur omnibus partibus essentialibus, quæ integrum essentiam constituant, ponitur etiam totum. III. Proprietates, non tantum carnis, sed etiam animæ, ut sunt scientia, intelligentia, sapientia, voluntas Es. 7, 15. Luc. 2, 40. Cuiusq; igitur competit proprietates, ei quoq; id competit, cuius sunt propria. Atq; Christo &c. E. IV. Operationes, quæ non concedunt, ut illud, quod Filius Dei assumit, sit tantum caro, quales sunt comedere, bibere, sitire, esurire, videre, dormire, stare, tristitia affici, irasci, dolere, scire, intelligere, loqui. Si igitur caro non est tale Subiectum, quale admittunt. Predicata, sequitur filium Dei non tantum assumisse carnem, sed etiam animam rationalem.

D

i. Hac

13. Hæc caro, vel natura humana facta est *ex semine Davidis*.  
 Per *Cœthagorici* h. l. intelligitur Maria virgo, quia 1. in illâ conceptum est, quod à S.S. est profectum, Matth. 1, 20. 2. Ex illâ genitus est Jesus ille, qui dicitur Christus v. 16, quæ significatio hujus vocis Metonymica, 1. in Sacra Scriptura est satis usitata, ut Gen. 15, 3. & 13, 18. & alibi. 2. hoc loco necessariò est concedenda. Maria enim non erat ipsum semen Davidis, sed virgo, quæ mediatè ex semine Davidis erat nata. Dicitur autem de hac carne, quod sit nata ex semine Davidis, ut filium Dei non *φύτασμα*, vel speciem duat taxat quandam corporis externam assumptissimæ, neq; putativè per illam figuram simulatâ specie extra carnem hominibus apparuisse, neq; per uterum Mariæ tanquam per canalem instar aquæ transisse; sed veram carnem, vel humanam naturam, in quâ propter nostra peccata potuit affligi, pati, & mori, assumptissimæ, & nobis *ὑποδοτον* esse, indubitata fide credamus. Ex semine enim natum esse notat certam materiam, ex quâ aliquid sit factum, non subjectum, per quod corpore aliunde assumpto tanquam per canalem transferit. Unde Galat. 4, 4. dicitur: ubi venit plenitudo temporis, emisit Deus filium suum factum ex muliere. Ex semine autem Davidis natum esse, notat familiam & originem Christi secundum humanam naturam, cui non opponitur natum esse, & conceptum esse sine semine virili. Utrumq; enim absq; contradictione de Christo dicitur. Prius enim est descriptio naturæ, familiae, & originis; De quo Es. 11, 1. egredietur virga de radice Jesse. Jer. 23, 5. suscitabo David gerumen justum. Posterior est descriptio conceptionis miraculosa, quæ toti Naturæ est incognita. Facta enim est hæc conceptio sine commixtione maris, & foeminæ, & accepit suam existentiam ineffabilem in personâ *Ex alio*, dum Spiritus sanctus illas guttulas sanguinis, ex quibus formatum est corpus Christi in Mariam, ab omni peccati labe purgavit, ejusq; venenum ex illis abstersit, Matth. 1, 20. Luc. 1, 35.

14. Quo cognito manifestum est. I. Christum non apparuerunt in corpore humano, ut Angeli, & ut Spiritus S. in specie columbarum. Angeli enim corpus ad tempus dunt taxat assumserunt propter ministerium sibi à Deo demandatum, ejusq; corporis fuerunt formæ tanquam

*rebus quævis mundana quævis habet, affisten-*

afflstantes: Christus autem habet suam carnem per ~~τούτην τὴν ἡμέραν~~ & ~~τούτων~~. Angeli non apparuerunt, ut paterentur; Filius DEI autem incarnatus est, ut moreretur pro nostris peccatis. Unde Tertullianus libro de carne Christi pag. 18. inquit: Nullus unquam Angelus ita descendit, ut crucifigeretur, ut mortem experiaretur, ut à morte suscitaretur; At vero Christus missus, ut moreretur; nasci quoque necessarium habuit, ut mori posset; non enim mori solet, nisi qui nascitur. Spiritus S. duntaxat ad tempus in specie columbae apparuit, quam sibi appropriavit, non per unionem personalem & indissolubilem, sed symbolicam & temporalem: Filius Dei autem apparuit, ut verus homo, per unionem personalem & perpetuam. II. DEUM non misse Filium in mundum, ut per externam solum figuram nobis esset similis, & in externo ~~χριστῷ~~ inveniretur ut homo. Paulus quidem dicit Rom. 8, 3. Quod Deus misserit filium ē ~~οὐ οὐδὲν~~ ~~Χριστὸς αὐτοπτός~~, & Philip. 2, 7. Quod Christus ē ~~Χριστός~~ repertus sit ut homo; Inde autem non sequitur, quod duntaxat externe nobis fuerit similis. Aliud enim est mitti ē ~~οὐ οὐδὲν~~ ~~Χριστὸς~~ & aliud est mitti ē ~~οὐ οὐδὲν~~ ~~Χριστὸς αὐτοπτός~~. Tὸ οὐ οὐδὲν igitur hic non excludit humanæ naturæ veritatem, sed peccati sceditatem. Neq; ~~Χριστός~~ in Epistola ad Philip. opponitur veritati naturæ humanæ, sed cœlesti & divina Majestati, quā Christus potuisset à tempore nativitatis uti, sicuti factum est in transfiguratione, & significat infirmitates, quibus sese sponte subjecit in statu Exinanitionis; quod patet ex scopo & connexione. Hoc tamen enim Apostolus Philippienses ad humilitatem exercendam, eisq; conversationem Christi ante oculos ponit, ut illum imitarentur. III. Non ex Materiā à Deo, ut viri vicem suppleret, ad corpus Christi gignendum allata, & cum sanguine Maria conjuncta, Christum genitum esse; Priorem enim Materiam Scriptura prorsus non concedit; posteriorem autem confirmat hīc & alibi, ubi Christus dicitur semen Mulieris. IV. Filium Dei prius fuisse, & postea factum esse, quod antea non fuit; id quod significatur vocabulo Στρομβός, Γίρεος enim h. l. significat fieri, uti in Epistola ad Gal. 4, 4. Joh. 1, 14. Quo ipso notatur differentia inter Generationem æternam, & temporalem: Respectu prioris dicitur genitus à Patre, respectu posterioris factus ex semine

semine Davidis. Ob quam causam veteres Theologi Christum ratione divinae naturae à μηνέσι, & ratione humana à πατέρεσι vocarunt, uti Damascenus lib. 4 c. 15 Orthod. Fidei: Τίκτουμεν γὰρ απάτωρ ἐκ γυναικός ὁ ἐκ πατέρος αμύντωρ. V. Mariam esse natam ex prosapia Davidis. Si enim Christus, qui est Filius Mariae, est ex semine Davidis natus, & per semen intelligitur virgo, uti fuit ostensum, necessariò concendum est, Mariam esse ex familiâ Davidis ortam. Ob hanc causam coacta fuit cum Josepho ascendere in Bethlehē, ut ibi censeretur; uterque enim erat de stirpe Davidis, quemadmodum de Josepho testatur Matthæus c. 1. in Genealogia Christi, Et Angelus v. 20. dicens: Joseph, fili David, noli timere. Ex quo colligendum esse judicat Damascenus lib. 4. c. 15 Orthod. Fidei, etiam Mariam esse ex tribu Juda, quamvis Matthæus & Lucas ejus generationem si quisserent. Inquit enim in citato loco: Χρήσιν εἰδέναι τις τὸν λιβ. Ἐβραῖον, οὐδὲ τὴν θείαν γραφὴν θνεατογενεῖδας γνωτίνας. Νόμος δὲ τὸν λιβ. μηνηδέειδας Φυλῶν εἶτερος Φυλῆς ὁ δὲ Ιωνός ἐκ Δαβὶδικῶν κατεξόδυνος Φυλῆς της διηγημάτων Κατάρχων [τὸν γὰρ αὐτὸν μαρτυρεῖ τὸ Θεῖον διαγνώσιον] εἰπεν παρεγνόμενος τὸν αὐτὸν πατέρεν τοὺς μηνηδέεις ηγέτες, εἰ μὴ ἐκ τοῦ αὐτοῦ σκέπτεται κατηγορία.

15. Hic Dei Filius, qui natus est ex semine Davidis, in statu Exi-  
ranitionis erat humilis, obediens, & in forma servili præbebat semeti-  
psum obedientem usq; ad mortem, morte a. crucis, Phil. 2, 7.8. Non erat  
ipſi species, aut Majestas, neq; decor Esa. 53, 3. Imo pro peccatore ha-  
bebatur, & tandem ut latro suspendebatur: In statu autem Exaltationis  
potenter declaratus est Filius Dei per Resurrectionem ex mortuis secun-  
dum Spiritum S. Unde Paulus inquit: Ἐ οὐαδέντις οὐασθεῖς εἰς  
7.4 δύωμεν τοῦ μόλυγον γνωστούς εἰς αὐαστίστως ρενρων. Hic οὐαδέντις,  
uti Beza ostendit, idem est quod θεοδειχθέντις, ut Act 2, 22. Scopus  
enim Pauli est, ostendere, quo testimonio Christus sit declaratus natu-  
ralis DEI filius, addit igitur. I. εἰς αὐαστίστως, i. e. διααυαστίστως.  
Particula enim εἰς notat h. l. signum vel causam cognoscendi ut Matth.  
12, 33. Non quasi sola Resurrectio esset testimonium hujus filiationis,  
sed

sed quod hæc in statu Exaltationis fuerit testimonium primū, & reliquo-  
rum fundamentum: nisi enim Christus resurrexisset, nunquam discipu-  
los suos in totum mundum Evangelium prædicatum alegasset, neq;  
in cœlum ascendisset. 2. *καὶ μὲν γε ἀγνούσις*, quo ostenditur hu-  
jus testimonii infallibilitas, cum sit factum non per naturam, sed per Spi-  
ritum S. 3. *ἐν διωκμῇ* potenter (particula enim *ἐν* ita cum Dativo  
constructa interdum adverbialiter accipitur, ut *ἐν καιρῷ* opportunè)  
quatenus impossibile erat, ut hujus testimonii veritatem tota Ethnico-  
rum & Judæorum caterva infringeret. Proinde Apostoli, qui ante pas-  
sionem sibi metuebant, post resurrectionem *ἐν διωκμῇ* & *μὲν περπόνιας*  
Hierosolymis & ubiq; testati fuerunt, quod Christus, qui esset ignomi-  
niosè crucifixus, resurrexisset, & esset Messias atq; æternus Dei filius. Pe-  
trus Act. 2, 32. Hunc Jesum, inquit, suscitavit DEUS, cuius nos omnes  
sumus testes; Certo igitur sciat tota domus Israel, quod Dominum &  
Christum fecerit DEUS hunc, quem vos crucifixistis. c. 3, 15. Authore mei,  
inquit, vitæ interfecisti, quem DEUS suscitavit à mortuis, cuius nos su-  
mus testes, & v. 13. Deus Patrum nostrorum glorificavit filium suum Je-  
sus, quem vos tradidistis. Paulus continuo in Synagogis prædicabat  
Christum, quod is esset Filius Dei, & confundebat Judæos, qui habita-  
bant Damasci, quod is esset Christus, Act. 9, 20. & 22.

16. Quæ declaratio per Resurrectionem secundum Spiritum S.  
in statu Exaltationis facta, i. non infringit, nec debilitat veritatem com-  
municationis Idiomatum, factæ in primo Incarnationis momento per  
unionem personalem, sed ostendit Christum in forma servili constitu-  
tum divinam potentiam, gloriam & majestatem humanæ communica-  
tam retraxisse, & non exeruisse, donec sequeretur exaltatio & plenari  
usus, vel solennis & perfecta dominii usurpatio Christo secundum hu-  
manam naturam dati. 2. Non facit, sed duntaxat probat atq; testatur,  
Christum esse Dei filium. Fundamentum enim filiationis non est de-  
claratio in tempore facta, sed æterna generatio.

17. Ut autem hic Dei Filius rectius innotesceret, atq; cognosce-  
retur, addit Apostolus tria Nomina, i. est Jesus, 2. Christus, 3. Dominus  
noster. JESUS dicitur à salute, quam perfectissimâ suâ obdientia &

D 3.

satis-

satisfactione toti mundo benignissimè acquisivit. Descendit enim à **υψῳ**  
quod in Hiphil significat salvavit, liberavit. Quam Etymologiam An-  
gelus Matth. 1, 21. significat dicens: Vocabis nomen ejus Iesum, quia  
salvum faciet populum suum à peccatis.

18. CHRISTUS dicitur abunctione, quā unctus fuit oleo lacticie  
vel Spiritu S. præ confortibus suis Psal. 45, 8. Esa. 61, 1. Dan. 9, 24. Act.  
4, 17. c. 10, 38. Hebr. 1, 9. Descendit igitur à **χειρὶ** quod notat h. l. non  
unctionem communem, qualis fuit in Vet. Test. Regum, Sacerdotum,  
& Prophetarum, sed specialem & soli **Οστεοπάτω** convenientem.  
Quia illi, i. uncti fuerunt mediatè per prophetas; hic autem immediate  
à solo DEO. 2. Illi uncti fuerunt oleo externo & visibili, quod consta-  
bat 4. aromatibus, quæ erant Myrrha, Cinnamomum, Calamus & Ca-  
sia, Exod. 30, 23; Hic autem invisibili, puta Spiritu Sancto. 3. Illi uncti  
fuerunt propter regnum terrestre & temporale, hic autem propter æ-  
ternum & coeleste.

19. DOMINUS à dominio, quod i. ab æterno habuit. 2. In  
tempore humanæ naturæ per unionem personalem est communicatum.  
Et si enim in statu Exinanitionis hoc dominium non exercuit, & in for-  
ma servili apparuit: non tamen illa simpliciter & absolutè opponitur  
huic dominio, sed tantum ejus usurpationi. Quod enim perfectissimè  
hic Dominus possidebat, illo ad tempus nolebat uti, ut per servitutem  
suam nos à perpetua servitute liberaret. Fundamentum hujus domi-  
ni nō est nuda **έξοια δινάμη** destituta, vel potestas finita aut circum-  
scripta, sed divina & infinita, quæ est ipsa omnipotentia. Data enim est  
Christo omnis potestas in cœlo atq; terra Matth. 28, 18. Joh. 3, 35. Eph.  
1, 20. & 21. Hebr. 2, 8. Quæ **έξοια** Luc. 22, 69. vocatur **δινάμης Θεῖ**,  
& in Deo à **δινάμη** non distinguitur. Unde Apocal. 5, 12. appellatur  
**δινάμης**. Luc. 4, 36. explicatur per **δινάμην** & Dan. 7, 14. describitur  
ut divina potentia, quod patet ex Dan. 4, 31. & c. 6, 26. Joh. 17, 2. Ubi  
potentia Dei patris eodem modo describitur.

20. Noster Dominus h. l. dicitur ratione illius relationis quā i.  
est noster Propheta & Doctor, qui mediatè per ministros Ecclesiæ nos ex  
verbō suo informat in illis, quæ spectant ad nostram salutem, dum nobis  
dat

dat Spiritum S., qui cœcitatatem cordis & intellectus nostri immutet, illuminet, renovet & sanctificet. 2. Quà est noster Sacerdos, qui per secula sua obedientiâ pro nostris peccatis satisfecit, & nunc vi meriti & satisfactionis intercedit pro nobis Joh. 17,9. Rom. 8,34. 3. Quà est noster Rex, qui habitat in monte Sion, vel in Ecclesia, & suos subditos miraculose contra omnes insultus hostium protegit, atq; gubernat, dum illos colligit per Evangelii prædicationem & Sacramentorum administrationem.

21. Ob hanc causam Apostolus dicit διὸς ἐλάθομόν χάρειν καὶ οὐδὲν γέγονται εἰς τὰ αἰωνία πίστεως εἰς πᾶν τοῦ εἴθεστιν οὐτερήπερ οὐδὲν μάρτυς. Particula 21& h. h. notat causam efficientem principalem, ut Joh. 1,3. Qui enim ascendit supra omnes cœlos, ut impleret omnia, ille dedit alios Apostolos, alios Prophetas, alios Evangelistas, alios Pastores ac Doctores Eph. 4,11. Misit Discipulos in orbem universum ut doceret omnes Gentes Matth. 28,19. Marc. 16,15. Dedit illis Spiritum S. ut quorumcumque peccata remitterent, illis essent remissa Joh. 20,22,23. Unde 2. Cor. 5,20. Apostolus inquit: Nomine Christi legatione fungimur.

22. Χάρεις h. l. significat peculiare donum Sp. S. in primitiva Ecclesia Apostolis concessum, ut sunt sapientia exquisita, cognitio mysteriorum Dei, donum prophetandi, donum Linguarum, facundia incomparabilis, virtus edendimiracula, industria docendi & alia, quibus Deus suam Ecclesiam fecit splendidam & illustrem, quod ipsum innuit vox Διανοσόλη, quæ hic additur per interpretationem, vel εἰς Διός δύο. Solet enim scriptura illam vocē, quæ videtur esse obscurior per alteram explicare, ut Zachar. 1,6. Act. 23,6. 1. Cor. 11,7. Hanc significationem Eph. 3,8. Apostolus perspicue demonstrat, dicens: Mihi minimo omnium sanctorum data est gratia hæc, ut inter Gentes Evangelizem inpervestigabiles divitias Christi. Addit igitur εἰς οὐταιρεῖται τὴν πίστεως εἰς πᾶν τοῦ εἴθεστι (in obedientiam fidei apud omnes gentes) Nam particula εἰς hoc loco notat subjectū, cui voluntas divina esset annuncianda, illudq; sunt omnes populi & creature, quas Christus sanguine suo redemit. Quod n. Apostolus hic omnes Gentes, id Salvator vocat omnes creature Marc. 16,15, ne vox omnis sophisticè & male restringeretur ad omnes

omnes ordines vel genera populorum, sed ad omnes & singulos homines referretur.

23. Etsi enim non omnes & singuli audiunt & cognoscunt salutarem Evangelii doctrinam; à Christo tamen Apostoli propter benevolentiam, quâ totū gen⁹ humānū prosequitur, acceperunt gratiam & dona Sp. S. ut apud omnes gentes fidei obedientiam erigerent atq; Evang. ita docerent, ut ab omnib⁹ audiretur, & volūtate divina cognita approbaretur. Nam ~~ταράχη~~ hic nō sumitur strictè pro bonis operibus. Hęc n. op̄ponuntur fidei in justificatione; neq; notat causam formalē fidei salvificę, sed latē pro doctrinam Evangelicam approbare, veritati obedire, per Spiritum, nomini J. C. credere, ut Joh. 6, 40. 1. Petr. 1, 22. 1. Joh. 3, 23. significatq; obedientiam illam, (quod patet quoq; ex voce πίστις) quā pio consensu & confessione Christianā totus mundus fiducialiter conſiteretur, quod Christus esset Messias & mundi salvator. Non enim au-debat Apostolus quicquam loqui eorum, quæ non per ipsum efficerat Christus in obedientiam gentium, verbo & facto, quæ obedientia apud Judaeos & gentes excitata est per potentiam signorum ac prodigiorum, per potentiam Spiritus Dei Rom. 15, 18. 19. non autem auctoritate Apostolorum, sed Christi: additur igitur ~~ταράχη~~ ἡ ὀρόμαλη αὐτοῦ. Nam pro nomine Christi legatione fungebantur Apostoli 2. Cor. 5, 20. utiliud innotesceret inter omnes gentes, inter quas etiam erant Romani, qui hic dicuntur ~~κλῆτες Ιησούς χριστού~~, à vocatione gratuita, quâ Deus ad Ecclesię consortium, & ad participationem bonorum coelestium illos vocaverat secundum illam gratiam, quæ data est nobis in Christo ante tempora secularia. Timoth. 1, 9. Nam causa impulsiva, quæ Deum movit, ut etiam Romæ sibi colligeret Ecclesiam fuit ineffabilis ejus bonitas, misericordia, & clementia in Christo humani generis Redemptore fundata.

24. ) : ( 20

26.

DISPUTATIONUM  
IN EPISTOLAM AD ROMANOS  
TERTIA  
Philologico - Theologica

Quæ

Supremi Numinis aufficio

DIRECTORE

JOHANNE QVISTORPIO

S. S. Theol. D. Prof. celeberrimo, & Facultatis  
Theol. Seniore venerab.

PRÆSIDE

M. MICHAELE COBABO

Sternbergā - Megapolitano.

RESPONDENTE

JACOBO HOGIO,

Hamburg.

Habebitur

In Auditorio Unicornis

ad diem Sept. horis matutinis.



ROSTOCHI,

Exprimebat Johannes Richelius, Senat. Typographus,

ANNO C I 3 I C XLIV.



## DISPUTATIO III.

Exhibens explicationem

*Vers. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. Cap. I.*

*Epist. ad Romanos.*

### I.

**S**ubscriptionem, de qua egit præcedens disput, sequitur *Præscriptio vel Inscriptio propriè dicta v. 7.* Πάντοι τοις ἐπονέσι  
πάρεντες θεού. Per πάντοις εἰς πάρεντας non intelliguntur promiscue omnes, qui Romæ vitam agebant; sed Christiani, qui nomen suum dederant Christo, & respectu Originis erant Judæi aut Gentes, quod videre est ex Periphrasi Ecclesiæ Romanae, & determinatione particulae Universalis, quæ ita restringitur, ut Subiectum, ad quod scribit Apostolus, non possint esse omnes Cives Romani, quorum maxima pars Christum ignorabat, & doctrinam Evangelicam nihil faciebat. Dicuntur enim illi ad quos Epistola dirigitur. 1. Αγαπητοὶ οὐκ non ab illa dilectione, quâ ipsi Deum, qui nos prior dilexit 1. Joh. 4, 19. imperfectè diligebant; Αγαπητοὶ enim sumuntur hîc Passivè & idem est quod ἡραπημόθεος Col. 3, v. 12. Sed à dilectione speciali, quâ Deus complectitur solos credentes, qui salutis organa amplectuntur, Eph. 1, 2. Romani enim, ad quos scribebat Apostolus, jam erant ex merita gratia adoptati in filiorum numerum & Spiritu S. donati, tanquam arrhâ amoris Dei, & hereditatis vitae. Proinde 2. vocantur κλητοί, non tantum à vocatione universalí, quâ benignissimus Deus ex mera gratia per salutare ministerium verbi & Sacramentorum omnes peccatores ad penitentiam invitat, ut meritum Christi apprehendentes aeternam salutem consequantur; sed etiam à vocatione illa, quâ Romani, ut renati, vocationi Divinæ obtemperabant; ideo q; dicuntur non simpliciter κλητοί, sed κλητοί ἀγιοι à sanctitate. 1. Imputata, quæ est Christi sanctitas oriens ex ejus obedientia, & quæ renatis, qui sanguine Christi in Baptismo sunt sanctificati, per fidem

E 2

impu-

imputatur. 2. Inchoatâ & imperfectâ Romani enim credentes & sancti fecerit, et si peccatorum reliquias adhuc habebant, illæ tamen non poterant impeditre, quod minus sancti dicerentur, non enim illis indulgebant, ut increduli, & nondam renati, sed virtute Spiritus sancti resistebant, ejusq; duœ studebant vita puritati, & sanctimoniam. Nec est, quod quis miretur, cur Paulus Romanos sanctos appellebat, inter quos sine dubio multi fuerunt Hypocritæ: Respicit enim ad meliorem Ecclesie partem, quæ erat sancta quoq; propter vocationis finem, qui est ut sanctitati studeant, & Diabolo omniq; impietati renuncient.

2. Hisce dilectis Dei, & vocatis Sanctis, ut Epistolam scribentes solent in principio bene precari illis, ad quos scribit, Apostolus precatur gratiam & pacem. Salutatio igitur hæc non tantum est amica, sed & pia ac Religiosa, inquit enim vers. 7. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰglών δότο Θεος πατέρος ἡμῶν, καὶ Κυρίας Ιησοῦ χειρός. Quæ locutio est ελληνική, & integrè à Petro exprimitur 2. Pet. 1. 2. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰglών ταπεινωθέν εἰ Διηγώσθε Θεος, καὶ Ιησοῦ τῆς Κυρίας ἡμῶν. Χάρις hoc loco idem est quod Π. & significat Dei benevolentiam, vel favorem gratuitum, quod pertinet remissio peccatorum & similia. Εἰglών, idem est quod ιησοῦς & significat effectum gratiæ, concordiam, sanitatem, incolumentem, defensionem, quietem, & omnis generis felicitatem.

3. Quæ cum sint à solo Deo petenda, addit Apostolus, δότο Θεος πατέρος ἡμῶν, καὶ Κυρίας Ιησοῦ χειρός; quo ipso significat, Deum Patrem nostrum, & Dominum Jesum Christum esse principium, & causam Principalem omnis felicitatis. Nam particula copulativa construitur hic non cum Pronomine ἡμῶν, & nomine κυρίας sed cum Nominis πατέρος & κυρίας ita ut Præpositio sit referenda simul ad πατέρος & κυρίας: id quod pater (1) ex distinctione manifesta, quæ est inter ἡμῶν & κυρίας, (2) Ex 2. Tim. 1. 2. ubi Pronomen ἡμῶν omittitur: (3) ex 2. Johan. v. 3. ubi Præpositio πατέρος repetitur, ut non tantum salutem, prosperi-

spiritatem omnem, & felicem successum in cunctis actionibus à Deo Patre; sed etiam à Filio Domino Iesu Christo petendam esse constaret. (4) Quia vox κύριος hinc non notat naturæ, sed Personæ diversitatem, & officii dignitatem. Observatum enim est à Patribus Orthodoxis, quod Apostolus conjungens Patrem & Filium, illum Deum, hunc Dominum sepe appellebat, propter beneficium redempcionis, quo nos è lacu infernali liberavit, & in filiorum Dæ libertatem transstulit.

(4) Et si igitur Christus hinc non appellatur Deus, illud tamen nihil derogat illius Divinitati; utrumq; enim, putat Dominum esse, & Deum esse, de Christo in Sacra Scriptura multoties prædicatur. Deus super omnia vel super omnes benedictus dicitur Roman. 9,5. Deus magnus Tit. 2,13. Deus verus Joh. 5,20. ο Θεος v. 8 & 9. Θεος Joh. 1,1. ob hanc causam Paulus eadem petit à Christo, quæ à vero & solo Deo sunt petenda. Κύριος, quo nomine 70. Interpretes nomen Jehovah interpretati sunt, appellatur Luc. 1,76. Κύριος μάλιστα Act. 10,36. Κύριος εξ ουρανών 1. Cor. 15,47. Κύριος το δόγμα 1. Cor. 2,8. Κύριος αγγελος ρωμ. Matth. 28,18.

5. Ita Paulus in Principio hujus & aliarum, quas scripsit Epistolas, conjunxit salutationem in inscriptione. Quem modum scribendi olim quoq; in suis literis observarunt Reges, Princes, Republicæ, Concilia, viri sapientes & alii. Philippus Rex in principio Epistola S. dicit Aristoteli, Diogenes Agesilao, Isocrates Philippo Regi. Servius Sulpitius, M' T. Ciceroni, Alexander Episcopus Ecclesiæ Alexandrinae Alexandro, Ecclesiæ Constantinopolitanæ Episcopo significans Arius perversitatem in vestibulo Epistola scribit τοι πηγάδι τη αδελφη και οφειλούχω Αλεξανδρι αδελφος ον και γιω χαιρετ. Arius exponens Eusebio Nicomediensi Episcopo, quare tanquam impius esset expulsus ex civitate, inquit: Κυριος πθενεστερω αιθρωτω, οις περιορθοδοξοι, λοει αιγαλοι διωκειντον τανδο Αλε-

*Euseb. 8. πότερον καίχαρις, &c.* Eusebius Episcopus Nicomediensis rogans Paulinum Episcopum Tyri, ut Domino suo Alexander scriberet de sententia mutanda, dixit, τῷ δέσποτῷ με Παύλῳ.  
*Euseb. 9. εἰ μνείω χάρισμα.* Episcopi Nicæe congregati Ecclesiæ Alexandrinæ &c. per Epistolam Synodicam significantes, quomodo impia & perversa Arii dogmata essent discussa, omniumq; suffragiis anathemate damnata, scribunt. Τῇ αὐτῇ μεράδη χάριτι ἐθελεῖσθαι σκηνοῖσι, καὶ τοι; οὐ τῷ Αἴγυπτῳ, καὶ Λιβύῃ, καὶ πεντεπόλει, ἀρχηποτίᾳ ἀδελφοῖς, οὐ τῷ Νικαιᾳ ουναχθέντες, καὶ τῷ μετόπλιτοι οὐ αἰγαίνοντες οὐκείω χάρισμα.

6. Salutationem immediate sequitur gratiarum actio. Apostolus enim gratias agit Deo, quod fides Romanorum in toto mundo annuncietur, v. 8. Περῶν πολέμων χαρεῖσθαι τῷ Θεῷ μετὰ ιπτῆς χειρός τοῦτον ὄμων, οἱ η πίστις ὄμων καὶ γεγονότες εἰς ὅλῳ τῷ κέστρῳ. Hic περῶν non in illo respectu, quem habet ad secundum, sed ut particula intensionem significans præmittitur & idem est quod imprimis; quam significationem, ostendit Antonius Scorus in ratione descendæ docendæque lingua Graeca p. 250. explicans vocabulum περῶν in oratione ad Demonicum. *Euxaeresis* significat gratum se præbere, vel gratias agere pro beneficiis acceptis, & datoris beneficentiam perpetuo celebrare; quam ob causam Sacramentum Cœnæ Dominicæ à Theologis appellatur *Euxaeresis*. Subjectum autem, cui gratias agit est Deus, quam enim gratiarum actionem possimus Deo rependere de vobis super omni gaudio, quo gaudemus, propter vos in conspectu Dei nostri, inquit i. Thess. 3 vers. 9. Hunc suum Deum vocat, non propter diversitatem fidei, & confessio- nis suæ, & Romanorum; adorabant enim unum & eundem Deum, Patrem omnium, quiet super omnia &c. Eph. 4, 6. sed propter fiduciam Christianam & filiale obsequium, quo qui- libet

libet renatorum Deum suum vocat, illum, qui est omniū. Quem admodum David inquit Ps. 45. quia Deus meus es tu, Ps. 118. Deus meus es tu, tibi confitebor. Psal. 62. Deus meus & adjutor meus Esa. 44. Sic dicit Deus factor tuus. Hiob cap. 19. Scio quod redemptor meus vivit. Thomas Johi 20,28. Dominus meus & Deus meus. Ob hanc causam Deus sese rursus vocat nostrum Deum, Levit. 18. Ego sum Deus vester; imò Deum Abrahami, Isaci, & Jacobi.

7. *Fundamentum*, in quo hæc gratiarum actio deberet esse fundata, est Christus, (per & propter quem omnia bona in genus humanum redundantur). Nam οὐχ εἰς τὸν κόσμον ἤγειραν οὐδὲ ὅροφολέπτης Κυριακὸς ἡ Ιερά Χριστὸς πατήθει. Additur igitur 2ag. 1458 Xeis 58; quæ enim precatio & gratiarum actio non per Jesum Christum, neq; in illius nomine instituitur, illa neutiquam Deo placere potest Heb. 13,16. *subiectum*, pro quo gratias agit, sunt Romani, de illis enim dicit οὐτέ τι παύειν οὐ μάτων. quod ipsum est optimum Christianæ charitatis & fidelissimi pastoris signum. *Causa*, & *beneficium*, propter quod gratias agit, est Romanorum fides, & Christiana confessio, quæ tempore Pauli longè lateq; increbrescebat, & annunciatatur in toto mundo. *Significatio* enim propriè significat annunciariri. Per totum mundum intelliguntur diversæ & præcipuæ mundi partes, in quibus credentibus dispersis annunciatatur, quod etiam Roma, ubi Monarcha habitabat, Christus sibi Ecclesiam colligeret, & cæcos Romanos ex Regno Diaboli ad Regnum gratiæ vocaret. Cujus auncii causâ potuit esse 1. Confluxus hominum Romæ factus ex omnibus terræ partibus 2. Christianorum per omnes terræ partes dispersorum sciendi ardor, quomodo Regnum Christi apud omnes populos & nationes propagaretur, in primis autem apud Romanos mundi Dominos.

8. Non autem inde sequitur 1. Quod Romanorum fides pro norma sit habenda, aliud enim est annunciariri in toto mundo, Romanos incepisse pro Salvatore suo agnoscere Jesum Christum  
a Ju-

à Judæis crucifixum: Et aliud est Romanorum fidem pro norma habere. Posteriori planè non conceditur, quia Romanorum fidei non convenient proprietates normæ, ut sunt i. *Firmitas, infallibilitas, & invariabilitas;* nam Ecclesia visibilis potest errare, & deficere, ubienim DEUS hodie per puram verbi prædicationem & Sacramentorum administrationem sibi Ecclesiam colligit, ibi per perseciones, Diaboli malitiam, & Hæreticorum astutiam, potest puritas verbi corrupti & aboleri. Si itaq; aliquando Roma verbum divinum rectè fuit prædicatum, & Sacra menta legitime administrata, poruit fieri, ut propter Romanorum securitatem, humani generis hostis postea ibidem suam disseminarit Zizaniam. Non enim DEUS Ter. Opt. Max. ulli populo simpliciter promisit, fore, ut usq; ad extremum diem verbi Divini puritate & legitimo Sacramentorum usu in suo regno, provincia, & civitate fruenteretur; Sed potius omnibus gentibus serio mandavit, ut perpetuo vigilarent, Scripturam sedulo scutarentur, Spiritus probarent, & pseudoprophetas ubiq; fugerent, Matth. 24, 23. c. 7, 15. Quo mandato neglecto facilè contingit, ut illi, qui per multos annos in luce ambularunt, tristissimis errorum tenebris involvantur, quod patet ex Ecclesia V. & N. T. In V. T. defecernit à DEO Israelite: Aaron summus pontifex proposuit vitulum adorandum, & populus clamavit: hic sunt Dii tui Israel, Exod. 32, 4. Tempore Eliae tota Ecclesia visibilis defecerat: dicebat enim prophetare relictus sum solus i. Reg. 19, 14. Tempore Esaïæ, Jeremiæ & aliorum. Prophetarum cognoscebat bos possessorem suum, & Asinus præsepe Domini; Israel autem non cognoscebat Dominum suum Esa. i. v. 3. Omnes dereliquerant Dominum suum, & Reges, & Principes, & Sacerdotes Jerem. 2, 26, 27, 28, & 29. Spectatores erant cæci omnes Esaïæ 56, v. 10. In Nov. Testam. ingenuit orbis terrarum, & se Arrianum esse admiratus est. Conjurasse quoq; videtur contra te, ô Domine, universitas populi Christiani à minimo usq; ad maximum. Egressa est iniquitas à Senioribus judicibus vicariis tuis, qui videntur regere populum tuum. Heu, Domine DEUS,

quia

quia ipsi sunt in persecutione primi, qui vi dentur in Ecclesia tua, primatum diligere, & gerere Principatum; arcem Sion occupaverunt, apprehenderunt munitiones, & universam deinceps liberè & potestativè tradunt incendio potestate. Ministri Christi sunt, & Antichristo serviunt. Honorati incedunt de bonis Domini, qui Domino honorem non deferunt, inde is, quem quotidie vides, meretricius nitor, histrionicus habitus, regius apparatus, inde aurum in frenis, sellis, & calcaribus, & plus calcaria quam altaria fulgent, inde splendidæ mensæ & cibis, & scyphis, inde commissationes & ebrietates, inde cythara, & lyra, & tibia, inde redundantia torcularia, & promptuaria plena eructantia ex hoc in illud, inde referta marsupia. Pro hujusmodi volunt esse & sunt Ecclesiarum Præpositi, Decani, Archidiaconi, Episcopi, Archiepiscopi, &c. Quod ipsum satis prædixit Salvator Matth. 24, 24. Luc. 18, 18. & Spiritus S. per Apostolos 2. Thess. 2. v. 3. 4. & 5. 1. Tim 4. v. 1. & 2. & 3. 2. Tim. 4. v. 3. 4. 2. Pet. 2. v. 1. & 2. Apoc. 13. v. 8. 16. c. 17. 2. c. 18. 3. (II.) *Unitas*, quia normam Fidei oportet esse unam unitate ordinis, & operationis. Si igitur fides Romanorum esset norma fidei, quomodo poterit norma suam retinere proprietatem, cum sacra Scriptura sit norma, canon, & regula, ad quam tanquam ad amissum omnia dogmata & scripta sunt exigenda, Deuter. 4, 2. c. 5, 32. 33. c. 27, 26. Gal. 3, 10. Esa. 8, 19. 20. (III.) *Prioritas*, cum ex ordine intentionis, tum ex ordine causalitatis, nunquam enim haec fuit DEI, Christi, & Apostolorum intentio, ut norma esset fides Romanorum, quæ tamdiu fuit vera fides, quamdiu tanquam normatum, & principiatum convenit cum fidei & principii normâ, quæ est sola Scriptura Sacra.

9. Quemadmodum igitur ex hoc loco non sequitur, quod Romanorum fides pro norma sit habita, ita quoq; ex eodem Ecclesia Romana nulla ratione potest vocari catholica. Quænam enim est consequentia: Fides & Confessio Christianorum, qui tempore Pauli Roma vixerunt, annunciata est in toto mundo. E. Ecclesia

clesia Romana est Catholica. Sic enim plures darentur Ecclesiaz Catholicæ, quod n. h̄c dicitur de Ecclesia Romana, illud quoque dicitur de Ecclesia Thessalonicensium i. Thess. 1, 8, cuius fides, quæ est in Deum, non solum in Macedoniam & Achajam verum etiam in omnem locum dimanavit.

10. Horum Romanorum, quorum fides annunciata est in toto mundo, inde sinenter Apostoli mentionem fecit, inquit, enim vers. 9. ἀδιαλείπομεν μνήσας ὑμῶν ποιημάτων, quod confirmat juramento assertorio dicens: Μάρτυς γὰρ μηδὲ δύσιν ὁ Θεός ἡ λατρεία εἰ τῷ πνεύματι μηδέ. Adducit enim in testimonium illum, qui est principium omnis veritatis. Ex quo perspicitur (I.) Juramentum non simpliciter esse prohibitum. Etsi enim Christus Matth. 5, 14. & Jac. 5, 12. nobis injungit, ut omnino non juremus: exinde tamen non sequitur, quod juramentum simpliciter sit abrogatum. Nam quemadmodum in aliis Scripturæ locis particulae universales sapientia non simpliciter tales sunt; sed pro subjecta materia limitantur, (Exod. 20. v. 19.) Tō Nullum non tollit nec prohibet simpliciter omnem operationem, sed tantum illam, quæ est prophana. & Luc. 7. v. 28. Tō Nemo respicit illos duntaxat homines, qui ex semine virili nascuntur). Ita quoque hoc loco particula ὅλως non potest absolute esse universalis, sed pro subjecta materia est restringenda, putarunt enim Pharisei (a) quod esset licitum per nomen Dei jurare in quoconq; casu, & negotio, si vel maxime juramentum non spectaret ad DEI gloriam. (b) Quod is non esset reus perjurii apud DEUM, qui non per nomen DEI, sed per coelum, terram, aut per Templum juraret, (uti Christus ostendit, Matth. 23, 16.) etiam si juramentum non servaret, vel etiam falso juraret. Opponitur igitur particula ὅλως hoc loco Judæorum inconstantia, temeritati, & levitati, quæ non ex necessitate, & proximi charitate, sed temere, & leviter jabant. (II.) Quod Subjectum, per quod jurandum est, sit Deus immediate, huic enim debetur cultus & gloria; mediare autem vel per creaturas jurare non est licitum, Jerem. 5, 7. Quod si igitur

tur Sancti interdum testati sunt cœlum & terram, vel per alia jurarunt, ut Gen. 42. v. 15. 2. Reg. 2. v. 2 & Esa. c. 1. 2. Obtestatio illa non pro iuramento, sed pro vehementi adleveratione est habenda.

III. Testem igitur in re gravi ac seriâ Apostolus hîc invocat & accersit solum Deum, illudq; facit pio animo & pectore religioso; addit enim (1) verbum λατρεύω propter cultum Religiosum, quo colebat Deum creatorum suum, nam λατρεύω apud Scriptores Ecclesiasticos & passim in N. T. significat religiosè colere Matth. 4, 10. Luc. 4, 8. Act. 7, 7. 2. Tim. 1. 3. Heb. 10, 2. Discrimē autem, quod esse dicitur inter λατρείαν & δελεῖαν, nullo dicitur fundamento: quod enim Apostolus hîc exprimit per λατρεύων, illud in alijs Scripturæ locis declarat per δελεῖαν ut in hac Epistola cap. 7. 6. c. 14, 18. Act. 20, c. 16, 15. Act. 20, 19. Eph. 6, 7. Phil. 2, 22. Col. 3, 24. (2) ἐλατρεύω; propter Subiectum, cui hic cultus est offerendus, quod est solus Deus Deut. 6, 14. Matth. 4, 10. Luc. 6, 4. Hic enim solus est principium & causa omnium bonorum Jac. 1. 17. Hic solus exaudit omnium gemitus, & nos ex periculis & calamitatibus vult & potest liberare. Ps. 91, 15. hîc est cordium scrutator, 1. Reg. 8. 39. hunc solum sancti adorant Gen. 18, 28. Exod. 32, II. Jud. 13, 8. (3) ἐλατρεύω εἰς πνέοντα; propter bona spirituâlia omnibus credentib; divinitus & gratuitò concessa, ut Deum fiducialiter colant, in Christo glorientur, mundum aspernentur, & carnis voluptatem fugiant atq; detestentur: ita n. ipse Apostolus τὸ λατρεύειν εἰς πνέοντα explicat eiq; opponit τὸ πιθεᾶδεν εἰς Χαρκη Phil. 3, 3. 4. (4) εἰς πνέοντα πίμενον; propter dona specialia Apostolo peculiariter concessa, ut Evangelium ubiq; prædicaret, & cæcos ad Christum duceret: addit igitur εἰς λατρεύειν τὸ πνέοντα.

II. Ob hæc specialia dona Apostolus semper in precibus suis orabat, ut, si quo modo tandem aliquando sibi prosperum iter daretur in voluntate Dei, ad Romanos veniret: inquit enim v. 10. γένεσις Ιησοῦ τὸν αὐτὸν χῶρον μετὰ δόμων Θεοῦ εἰς πατέρα ἡδηποτὲ δοδών

Θῆσμοις ἐν πατέρεσθαι τοῖς ἐλθοῦσιν πρὸς ὑμᾶς. Hic versus triplici modo construitur 1. δέομενος connectitur cum ἐλθεῖν 2. ἐλθεῖν jungitur cum διδάσκομεν, ita ut subintelligatur ὥστε ante ἐλθεῖν, 3. δέομενος, puncto post πόμην omisso, connectitur cum præcedenti versiculo, cui connexioni obstat particula Πάντες uti Reza ostendit. Πάντες h.l. non significat temporis continuationem omnis interruptionis expertem, (vacabat enim Apostolus etiam alijs negotijs) sed orandi frequentiam & consuetudinem singulis diebus iteratam, quæ non opponitur curæ domesticæ, & laboribus necessarijs, cum non tantum sit orandum; sed etiam laborandum: qui enim non laborat ille etiam non manducabit. Per προσευχὰς intelliguntur preces publicæ & privatæ: nam qui semper orat pro aliquo, ille & publicè & privatim orat pro eo. Quoties autem Apostolus singulis diebus orárit, illud non satis potest constare. Apud Iudeos quidem erant tria orandi tempora horā 3, 6. & 9. quæ apud nos die æquinoctiali sunt hora 9, 12. & 3. Iudei enim diem naturalem auspicantur vespere, illumq; dividunt in bis duodecim horas. Christiani autem illū incipiunt mediā nocte. Quæ orandi consuetudo teste D. Hieronimo etiam ab Ecclesiâ Christianâ est observata manè, id est horā tertią, cum Spiritu Sancto afflati sunt Apostoli. Sextā, cum edendum est: Sic Petrus Apostolus volens cibum capere ascendit circa horam sextam in cænaculum orandi causâ Act. 10. 9. Horā nonā, quæ dicitur τῆς προσευχῆς, idem Petrus, & Johannes, perrexerunt ad templum precandi gratia Act. 3. 1. Qua horā etiam Cornelius precatus est in domo suâ Act. 10. 30. Paulus autem procul dubio nocte ac die precibus Deum sollicitavit ut ad Romanos veniret, quemadmodum nocte ac die supra modum oravit, ut videret faciem Thessalonicensium, & suppleret illa, quæ illorum fidei deessent 1. Thess. 3. 10.

II. Causa Efficiens, quæ hoc Apostoli institutum & propositum dirigeret, est Dei voluntas; huic fere humiliter assiduis precibus

bus submittebat. Et si enim in consilijs & actionibus externis Apostolus habebat libertatem agendi; eventus tamen non erat in ipius potestate, qui unicè pendebat à divina providentia, quā Deus non tantum res omnes à se conditas paternè & liberè voluntate gubernat, atque moderatnr; sed etiam salvandorum salutem per ordinaria media procurat & promovet, imo səpissime propter præstantius bonum piorum consilia impedit atque suspendit; Nam à Domino diriguntur gressus viri, nec est hominis via ejus, nec viri dirigere gressus suos. Jer. 10. 23.

12. Ob hanc causam Christiani, quos Spiritus S. gubernat, cùm in rebus facilitioribus, tum in afflictissimis, & casibus du-  
rissimis, inquiunt: Domini fiat voluntas, atque imitantur illos, qui Paulum Cesareæ rogabant, ne ascenderet Hierosolymam, cum tradendus esset ibidem in manus Gentium Act 21 12 14. Quomodo autem Apostolus non suam prosperitatem & ullam tempora-  
lem felicitatem in hac mortalitate quæsiverit, illud citati loci ver-  
sus 13. luculenter ostendit, ubi Apostolus antea nominatis respon-  
det: quid facitis flentes & affligentes cor meum? Ego verò non so-  
lùm vinciri; sed & mori paratus sum Hierosolymis pro nomine  
Domini Iesu. Quam ob causam non simpliciter petit, ut pro-  
spero itinere Romanam veniat, sed inqui, εἰπώς ήδη ποτὲ εὐσεβή-  
σσουας εν τη Ιερουσαλήμ εστιν ἐλθεῖν τοῦτο; οὐ μάς; Vbi verbo Passi-  
vo uritur, ut boni propositi dispositionem committeret soli Deo,  
qui postea ipso captivo nocte adstitit & dixit: Bono animo esto  
Paule, ut enim testificatus es de me Hierosolymis, sic te oportet &  
Romæ testificari. Act. 23. ii. permisitque, ut tandem in via multis,  
magnisque periculis subjiceretur: uti sunt naufragium, viperæ  
morsus, & plures aliqui insidiæ; quò omnibus Christianis ostendere-  
tur, quomodo credentes absq; ue cruce, afflictionibus, atque perse-  
cutionibus non possint participes fieri æternæ glorie.

13. Causa impulsiva, quæ Paulum impulit, ut de itinere Ro-

nam dirigendo esset sollicitus, non erat curiosa Romam videndi libido, sed charitas sincera, quā Romanos prolequebatur: Amantes enim semper occasionem querunt, ut coram possint loqui,  
¶. II. inquit igitur *Τίμων* idēū ὑμᾶς, vehementer cupio videre vos.

14. *Causa Finalis* non fuit proprium commodum, sed edificatio Ecclesie Romanę: additur enim *ἴα τὶ μετῶ χάρισμα ὑμῶν πνευματικὸν*. Per *χάρισμα* intelligitur h. l. doctrina Pauli, quā Romanos in multis melius potuit erudire & confirmare, quod ostendunt sequentia verba *εἰς τὸ σημεῖον γνώμας*, nam *σημεῖον* significat firmiter statui, stabiliri, re quādam ut fulcro niti. Quam doctrinam Apostolus i. vocat *χάρισμα*; quia illam gratuitō acceperat à Domino, quod etiam significat verbo *μετῶ*.

2. *πνευματικόν*, quia erat donum Spiritus Sancti Romanis per Apostolum conferendum.

15. Ne autem insolentius de se locutus esse, & Romanorum infirmitatem, quasi instar nutantium opus haberent fulcimento, notasse videatur: subiungit gratam & commodam interpretationem, dicitq; *τέλος δέ, Συμπαρεγκληθῆναι τὸν Δικὸν τὸ αὐτήν*  
¶. 12. *πίστεως λύματα τὸ καθέμα*. *Συμπαρεγκληθῆναι* dicitur à mutua exhortatione, & consolatione, quā Christianus Christianum consolatur, erigit, & exhortatur. Nam charitas Christiana, cum propter Salvatoris voluntatem, tum propter spem nobis repositam in celis, nunquam potest pati, ut proximus quoad mutuam consolationem & exhortationem negligatur.

16. *Fundamentum* hujus rei est fides Salvifica, quod Apostolus significat, dicens: *Δικὸν τὸ αὐτήν πίστεως*. Ubi igitur nulla est fides Salvifica, ibi quoque nulla potest esse mutua consolatio & exhortatio Christiano homini utilis & necessaria: quia ibi nulla est charitas vel causa impulsiva. O si itaque hujusmodi mutua exhort-

exhortatio & consolatio adhuc esset frequens: Sic Fides per charitatem Christianam ostendetur: multi quoq; essent instar arboris plantatae ad fontes aquarum, cuius folia nunquam exarescunt, qui nunc sunt ut quisquilię, & non vident, quod in tenebris ambulantes extra Regnum Christi vagentur. Consolationem quidem multiplex sunt ferre & pati; exhortationem autem quis non aspernatur? Nec est, ut quis sese hic excipiat; nemo enim est adeo perfectus, ut neque consolatione, neque exhortatione sapissime indigeat. Paulus erat vas electum & vocatus. Apostolus ad prædicandum Evangelium Jesu Christi; exhortationem Romanorum tamen expetebat; Sciebat enim fidem mutuā cohortatione crescere, Sanctos renatos in bono proposito confirmari; imo quemcunq; Christianum habere hanc vocationem, vt proximum consoleretur, & exhortetur. Hanc Paulus hoc loco vult confirmare, quando addit ἐν ἀληθοῖς, & hoc ipso ostendit, se esse unam partem hujus mutuā exhortationis, & consolationis, alteram a. Romanos Christianos nemine excepto.

17. Non itaque hic dicendum erat, indignum esse existimare: Paulum potuisse Romanorum fide adjuvari. Quem enim Romani non potuerunt juvare in dono cognitionis doctrinæ Evangelicæ, quam Apostolus immediate à Deo acceperat, illum potuerunt rogare, & adhortari, ut tristes afflictiones & acerbissimas persecutio[n]es patienter ferret, & eternaque gloria coronam instar militis Christiani fortiter, & perseveranter virtute Spiritus Sancti pugnantis alaci animo expectaret. Quibus cognitis concedendum erit, bona opera renatorum esse Imperfecta; Si enim illa essent perfecta, nullā opus esset mutuā exhortatione. Quam imperfectionem omnes sancti cum in Vet. rūm in Novo Testamento confessi fuerunt, Hiob inquit Cap. 5, v. 15. Ecce inter Sanctos ejus nemo integer: cœli non sunt mundi inconspectu ejus; quantum magis abominabilis ac putridus homo, qui bibit velut aquam iniquitatem, Cap. 9. v. 3. Sivelit cum Deo contendere, non respondet.

spondebit ei unum ex mille. Cap. 15. v. 14. Quid est homo, ut immaculatus sit, & ut justus appareat, natus de muliere. David dicit Ps. 143 v. 2. Ne intres in iudicium cum servo tuo; quia coram te non justificabitur omnis vivens. In Nov. Testam. Paulus ipse inquit Rom. 7. v. 14. Scio, quod non habitat in me, id est, in carne mea bonum; nam velle adjacet mihi; perfidere autem bonum non invenio, v. 23. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.

18. Neque hinc sequitur: Romanos eo tempore, quo Paulus hæc scripsit, nondum fidem Christi rectè tenuisse. Aliud enim est impetriri alicui donum Spirituale, ut fidem Christianam discat, & aliud est impetriri alicui donum Spirituale, ut fidem Christianam accuratius cognoscat, atque in illa confirmetur. Paulus non petijt à Domino, ut fidem Salvificam doceret Romanos Christianos, sed ut in fide illos confirmaret, quæ confirmatio necessario præsupponit fidem cuius expressè mentionem facit Apostol dicens: Αγαπητοις την αληθινην πιστεων ιμαυ. Ubi per fidem non intelligitur simplex notitia beneficiorum Christi, quemadmodum Beza existimat. Nam talern fidem etiam habent hypocritæ, Hæretici, & impij: Hi omnes sciunt Christum esse Redemptorem generis humani, nunquam at delectantur pijs & misericordiis exhortationibus, quia indigent hujus rei fundamento, puta Fide, (quæ non tantum est notitia in mente, & assensus amplectens doctrinam divinitus traditam: sed etiam firma & certa fiducia, quæ homo resipiscens Christi meritum apprehendit, & statuit, se propter illud coram Deo esse justum & vitæ æternæ hæredem) & causâ impulsivâ, quæ est charitas Christiana cum fide Sal. vii. 12. (o)

30

DISPUTATIONUM  
IN EPISTOLAM AD ROMANOS  
QUINTA  
Philologico - Theologica

Quæ

Supremi Numinis auspicio

DIRECTORE

JOHANNE QUISTORPIO,

S. S. Theol. D. Profess. celeberrimo, Facultatis  
Theol. Seniore venerab.

PRESIDE

M. MICHAELE COBABO

Sternbergâ - Megapolitano.

RESPONDENTE

GEORGIO MULLERO,

Stendaliâ Marchico.

Habebitur

In illustri Rodopolitana

In Auditorio Unicornis

ad diem 23. Aug. horis matutinis.

— — — — —

ROSTOCKI,

Exprimebat. Johannes Richelius, Senat. Typographus;

ANNO CLXIV. XLV.



## DISPUTATIO V.

Exhibens

*Vers. 18. 19. 20. 21. 22. 23. Cap. I.*

I.

**T**anta erat ante Apostolorum allegationem in omnem terram spiritualis Romanorum & Græcorum cœcitas, ut dulcissima divinæ bonitatis, quæ nunquam in oblivionem debebat venire, penitus deleret memoriam, atq; è conspectu illud amoris vestigium turpiter ejiceret, quod ubiq; mortales alliciebat, ut illum anxie quærerent & amplecterentur, qui est Ens optimum, &c. sapientissimum; quippe quæ non tantum omnes ad nequitiam patefaciebat feras, sed etiam viam aperiebat, ut immortalis DEI gloria mutaretur in imaginem non solum ad mortalis hominis similitudinem effectam, verum etiam volatilium, & quadrupedum, & reptilium. Cujus cœcitatissimæ causa, ut non in admirandam, & justissimam DEI providentiam, vel salutarem Evangelii transmoveretur prædicationem; sed potius hominum adscriberetur perversitati & malitiæ: aggreditur Apostolus novam prolepsin. Postquam enim prævidebat, Romanos, qui per Evangelii vicirem ad veritatis agnitionem pervenerant, posse objicere, quod Deus esset causa istius cœcitatatis, cui parentes & ipsi ante conversionem fuissent immersi; In id sedulò intentus erat, ut hujus opinionis falsitatem demonstraret, & salutari quadam informatione infirmitati humanæ consuleret.

2 Ob hanc causam non statuimus, Apostolum vers. 17. ponere propositionem illam, quæ dicitur, Hominem fide absq; operibus Justificari: Concedimus quidem versu citato haberi propositionis sensum, aliud autem est sensus, & aliud est ipsa propositione, quæ reperitur in tertio cap., sicuti illud patet ex subsequenti confirmatione. Quando igitur à Romanis poterat produci tale Exthymema: Patentes nostri, & alii populi spiritualiter cœci non participes facti sunt potentiaæ Evangeliae,

gelicæ: Ergo DEUS est causa ipsius cœcitatis spiritualis, & per conseqvens in judicio divino erunt excusabiles. Respondet Apostolus ad conseqvens per Infestationem, ejusq; falsitatem probat ex Effectu, & quidem tali Enthymemate: DEUS manifestavit iram suam contra omnem impietatem, & injustitiam hominum, Ergo non est causa cœcitatris spiritualis, quæ obtenebravit cor vestrorum parentum & aliorum, qui spiritualiter sunt cœci.

v.18 3. Dicit igitur v. 18. ἀποκαλύπτει τὸ οργὴν τοῦ Θεοῦ ἡ αἰσθητὴ φύσις τῶν ἀσέβων καὶ ἀδίκων αὐθεότατη. Τὸν ἀληθέαν εἰς ἀδίκων κατέχει τών. Per iram Dei hoc loco non intelligitur animi commotio, vel affectus mixt⁹ ex tristitia & cupiditate ulciscendi; (talis enim ira non potest cadere in illum, qui est actus purissimus, & nullam habet potentiam passivam) sed vindictæ divinæ effectus, atq; certum signum immutabilis Dei displicentia, quā odit peccata, cum Justitia sua pugnativa, & peccatores hanc iram in se provocantes, & Gratia fœdus contemnentes. De hâc displicentiâ dicitur, quod appareat, & sit manifesta. Medium, per quod hæc Dei displicentia retegitur, est vel commune, quod concernit integras civitates, provincias, & Regna, ut Peñis, Bellum, Annonæ caritas: vel singulare, quod respicit certas personas, in quas Deus propter ἀσέβους & ἀδίκους animadvertisit.

4. Causæ iræ vel indignationis divinæ ex parte illorum, quibus Deus indignatur, sunt ἀσέβεια & ἀδίκωσις. Per ἀσέβειαν & ἀδίκωσιν non intelligitur certa peccati species, quod ostendit signum Universale τῶν h̄c distributivè acceprum, ut iræ divinæ causam esse ostendatur, quodcunq; peccatum, per quod homo sibi attrahit Dei vindictam: Super hanc ἀσέβειαν & ἀδίκωσιν revelatur ira Dei. Cum enim peccatum sit ἀροφία vel Legum transgressio, illiusq; sint duas species: Impietas in Deum, quā prima Legis tabula, & Injustitia in Homines, quā secunda Legis tabula violatur; Utrumq; peccatum iræ divinæ causam esse, Apostolus significat.

5. Ne autem quis existimat, quod forte fortuna, cœco quodam casu, & præter supremi Numinis providentiam affligantur mortales: sicut arbitrii fuerunt illi, quorum opinionem hisce versicu. illi Claudianus tangit, dicens:

Sapd

Sapè mibi dubiam traxit sententia mentem  
Curarent superi terras, an nullus inesset  
Rector, & incerto fluenter mortalia casu.

Additur àx̄ Cōgav̄, ut ostendatur, illum, q̄i propter supremam Majestatem, & essentia sublimitatem dicitur in cœlo habitare, omnē vindicare injuriam & supplicium sumere; ab illis, q̄i pertinaciter in malo perseverant. Nam è cœlo revelari iram Dei adverlus omnia impietatem, & injustitiam hominum significat: Nullum esse peccatorem, q̄i non ex effectu cognosceret, esse aliquod principium absolute primum & independens, cui àx̄ Cōgav̄ vel àdix̄ omnis displiceret adeò, ut tanq̄am justus judex vindictam exigeret & peccatores justo supplicio coērceret.

6. Qvod imprimis illis erat dicendum, q̄i statuebant 1. Fortunam esse Deam aliquam, divinamq; potestatem, ordinantem, regentem ac distribuentem ea munera, qvæ vulgo fortunæ bona dicuntur, & apud Romanos erexerant in illius honorem altaria & templa. 2. Fortunam esse cœlestium corporum constitutionem, stellarum aspectum, ac stellarum in ortu hominis principatum. Non enim ira Dei, vel Reipubl. afflictio, & hominis pœna, manifestatur ex hac vel illa constellatione, qvæ sit necessariò: Potest qvidem is, q̄i stat in specula, & prospicit ex certis causis futura, multa præcognoscere ad Remp. spectantia; sicut ille ostendit Cicero quando scribit: quo in periculo non nihil me consolatur, qvum recordor hæc me tum vidisse, qvum secundas etiam res nostras, non modo adversas pertimescebam videbamq; qvanto cum periculo de jure publico disceptaretur armis. Qui autem cœlestes aspectus contemplatur, & ex illis haut veretur judicare de futura Remp. atq; cujuslibet hominis conditione, is nomen suum profiteatur oportet inter illos, de quibus Philosophus inquit in libro de Divinat. q̄i multa dicunt necesse est, ut forte fortuna aliquid veri enuncient. Quotidiè enim, inquit Cicero, refelluntur Chaldae, qvam multa ego Pompejo, qvam multa Crasso, qvam multa huic ipsi Cæsari à Chaldais dicta memini.

7. Non igitur jam dicam ex Numer. c. 23. v. 23 Levit. 19. v. 26. & 21. & cap. 20, 27. qvod omnis divinatio sit revellenda ab Israele, cumq; non decedat, ut discat fidem gentium, & à signis cœli metuat,

quæ metuunt gentes Jer. 10.2. illud autem non possum præterire, quod supremus Dominus vanitatem Planetariorum perstringat, eosq; irrideat, qui attendunt ad vaticinia Astrologorum, sicuti ostendit Esaias cap. 47. v. 13. יְהוָה נָא וּשׁוֹעֵר הַבָּרוֹ שְׁמִים רְחוּם בְּכָוכְבִּיּוֹת : מַרְעִים לְחֶרְשִׁים מֵאַשְׁר יְבָא גָּדָר : stent nunc & salvent te astrologi cœli vel prognostici, qui inspicunt stellas & designant menses, ut ex illis tibi ventura annuncient. Qui locus est adeò manifestus, ut non videam, quomodo multi, qui hodiè ex aspectibus coelestibus futura Reipubl. annunciant, suam excusent temeritatem. Si Philosopherus interrogaretur, quænam esset causa actionis malæ vel bonæ, interrogantem non ad aspectus bonos vel malos ablegaret, sed ex libro 6. Ethic. responderet causam actionis bonæ esse appetitum sanum rationi sanæ junctum; malæ vero appetitum corruptum rationi corruptæ junctum.

8. Causa igitur cœcitatis spiritualis est penes ipsos homines, qui veritatem, i. e. Notitias naturales innatas, vel illud, quod verum esse ex lumine naturæ sciunt, quasi captivum detinent in injustitia, dum contra naturæ principia & internum testimonium, illa quæ recta & honesta esse sciunt, facere noluerunt; Ea autem, quæ sunt inhonesta, & cum naturæ principiis pugnant, turpiter & flagitiosè committunt. Ne autem Romani quandam hic prætenderent veritatis ignorantiam & dicerent: Parentes nostri & alii Ethnici spiritualiter cœci ignorarunt Deum, Ergo illis non est revelata Dei ira. Respondeatur ad Antecedens vers. 19. Διότι τὸ γνῶσθαι τὸ Θεός φασκέει ἐστιν τοῦ αὐτοῦ. ὁ γὰρ θεὸς αὐτοῦ εἰφασκώσει. Per τὸ γνῶσθαι τὸ Θεός non intelligitur illud omne, quod de Deo potest sciri, vel illa Dei cognitio, quæ in Evangelio revelatur, uti sentit Osterodus, & in Catechesi Racovensi dicitur; sed illa, quæ est καὶ διὸς δύναμις τοῦ θεοῦ τοῦ, & aliorum Dei attributorum, quæ Ethnicis potuerunt esse nota ex Lumine naturæ, & ex admirandis Dei operibus.

9. Id ipsum patet i. ex Substrata materia: Apostolus enim vult Romanis ostendere quare illi Ethnici, qui non participes facti sunt doctrinæ Evangelicæ non possint esse excusabiles coram Deo. Si igitur loqueretur de cognitione revelata non potuisset respondere Romanis, quod illorum parentibus & aliis Ethnicis ira Dei esset revelata; qui cogni-

cognitione Evangelicâ caruerunt: Unde sequitur aliam dari notitiam, per quam ira Dei revelata est Romanis spiritualiter cœcis, & aliis q. vi Deum ex Evangelio non didicerunt: Atq; hæc est naturalis. Qvod patet z. Ex connexione versus subsequentis, quæ sit per particulam. *αὐτολογίαν*. Si igitur vers. 20. agitur de notitia naturali, uti postea ostendetur; sequitur de eadem etiam agi vers. 19. 3. Ex Descriptio-  
ne illius cognitionis, quæ Ethnici Deum neverunt.

10. Describitur enim (1) Ex Universalitate *subjecti*, cui est reve-  
lata, quando Apostolus dicit, iram Dei revelari non adversus quandam;  
sed omnem impietatem & iniquitatem hominum. (2) A *Causa Effi-  
ciente*, quando dicitur: ὁ Θεὸς αὐτοῖς ἐφεύρεται: Quæ patefactio  
est generalis & sit quando primè Lex cordi humano inscribitur ut Dei  
voluntatem significet, quare capite 2. vers. 14-15. dicitur. Si igitur  
gentes, quæ non habuerunt legem scriptam & promulgatam.  
(a) naturā fecerunt quæ legis sunt, (b) Naturaliter peccatum  
agnoverunt, conscientia ipsorum testimonium reddente, &  
cogitationibus inter se accusantibus, aut etiam excusantibus; se-  
quitur illos naturā intellexisse, quod sit supremus Legislator, cui omnes  
homines debent obedientiam. Qvod ipsum indicat Cicero in Orat,  
pro Milione dicens: Magna est vis Conscientiæ in utramq; partem, ut  
neq; timeant, qui nihil commiserint: & poenam semper ante oculos  
versari putent, qui peccaverint. Et Damascenus lib. i. Orthodox. si-  
dei cap. 3. Dei notitiam esse naturaliter mentibus hominum insemina-  
tam, insitam, & ingenitam. Secundo illa, quæ sunt invisibilia Dei ex  
creatione mundi per opera intelliguntur, pervidentur, ipsaq; æterna  
ejus potentia ac divinitas.

11. Describitur igitur (3) a Medio, quod sunt opera Dei. Nam  
rotus hic mundus vocatur magnus quidem liber Naturæ rerum inquit  
Augustinus lib. 32. contr. Faust. cap. 20, & Irenæus lib. 2. aduersus Hæ-  
reses cap. 9. Ipsa conditio ostendit eum, qui condidit eam, ipsa factura  
suggerit eum, qui fecit eam, & mundus manifestat eum, qui se dispo-  
suit. Ambrosius in commentario pag. 14. Notitia Dei manifesta est  
ex mundi fabrica; Ut enim Deus, qui naturā invisibilis etiam invisibi-  
libus posset sciri, opus factum est ab eo, quod opificem sua visibilitate  
manifestaret.

DISPUTATIO V.

12. Hoe medium ab Apostolo dicitur κτίσις κόσμος, i. e. mens. 20. di vel omnium rerum producō. Nam præpositio δέ non notat certum temporis terminum, sed medium vel objectum, quod hominem ad primam causam & Ens independens dicit, ut statuat illum esse Deum aeternum, sapientissimum, justissimum & potentissimum, qui cœlum & terram creavit. Neq; hic δέ κτίσις ad τὰ ἀρχαὶ refertur cum Socino, qui inquit: sciendum verba δέ κτίσις κόσμος, debere conjungi cum verbo ἀρχὴ, atque eundem esse sensum, qui est Matth. 13. v. 35. κεκρυπτόντος δέ κατέβολης κόσμος. Nam 1. κτίσις in N. Testamento non significat ipsum creationis actum, sed opera, creativel creationis effectum. 2. Creationis terminus vel initium non notatur per δέ κτίσις, sed per ἀπό της δηγῆς κτίσις, Marc. 10. v. 6. cap. 13. v. 19. 2. Pet. 3. 4. vel per δέ κατέβολης κόσμος, Matth. 25. 34. Hebr 9. v. 26. Apoc. 13. v. 8. & cap. 17. 8. 3. Additur alia vox (quod saepe solet fieri in scriptura sacra) ut clarius percipiatur quidnam κτίσις h. l. significet, quando dicitur δέ κτίσις κόσμος τοῖς μηνὶσι.

13. Per μηνύματα non intelliguntur Christi & Apostolorum miracula, uti sentit Osterodus dicens: Ob wöl solches zuvor nie weil die Welt gestanden/ gesehen/ das ist/ offenbaret ist/ so sey doch nun dñ V. sichtbar sichtbar/ das Unbekant bekant wörde/ nemlich durch die Werck oder Thaten/ welche Gott durch Christum vnd die Apostel gethan hat/ nemlich durch die Wunderwerck. Nam 1. haec vox nullibi ita in N. Testamento accipitur. 2. Si vox δέ κτίσις refertur non ad τὰ ἀρχαὶ; sed ad τὰ μηνύματα per μηνύμαta non possunt intelligi Christi & Apostolorum miracula, quia illa in V. Testamento erant ignota. 3. Pugnat Osterodi explicatio cum informatione & scopo Pauli, qui h. l. vult ostendere, quod Eihni ci qui in V. Testamento non participes facti sunt patientia Evangelica & propterea spiritualiter coacciuerunt in iudicio divino sint inexcusabiles: quod cum ex præcedenti, cum subsequenti patet explicatione. Si igitur κτίσις in N. Testamento significat creationis effectum: Nunquam autem ipsam rerum productionem; & particula δέ non semper idem est cum præpositione ἀ, sed etiam ex significat

ut Matth. 7. v. 16. & 20. cap. 24. vers. 32. Marc. 13 v. 28. dicendum erat  
dixisse significare è Creatione & non à Creatione.

14. Objecta igitur vel media per quæ Deus invisibilis naturaliter intelligitur & videtur, sunt creationis opera, de quibus Hiob inquit cap. 12. v. 7. 8. 9. & 10. Interroga quæso jumenta, & docebunt te, & volatilia cœlorum, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & docebit te, & narrabunt tibi pisces maris. Qvis non novit secundum hæc omnia, quod manus Domini fecit hoc? Cujus in manu omnis anima viventis & spiritus omnis carnis viri. Quo ipso Hiob voluit significare, nihil reperiri in terra, quod non objectivè Dei bonitatem, potentiam, & sapientiam prædicaret. Nam creaturæ sunt præcones, & laudatores, qui, ut Theodoreetus inquit, tacentes conditorem celebrant, omnium quæ linguis ad celebrationem ejus invitant. Si igitur artificium pulcherrimum adspicientes architectum miramur: qvis in cœlum, lumen coelestia, & alias creaturas oculos conjiciens, ab illis objectivè laudari, negaret, supremum Architectum, & omnium rerum Autorem: Tantus enim est mundi ornatus, tanta varietas, & pulchritudo rerum cœlestium, tanta vis, & magnitudo maris, terræ, & luminum cœlestium, ut si illa omnia Dei artificium non esse statuamus, planè despere videamur. Quare Clemens Alexandrinus inquit: Totam rerum universitatem nihil aliud esse, quam grande aliquod volu men, in quo non mortuis, sed vivis literis notitia Dei inscripta, ac folia ejus esse tria, cœlum, terram, & mare.

15. Apud Ciceronem lib. 2. de Natura Deorum quatuor argumenta enumerantur, quibus in animis hominum notiones Deorum sunt informatae, 1. Ex futurorum rerum præsensione. 2. Ex commo-  
dis, quæ percipiuntur coeli temperatione, terrarum fecunditate, alia-  
rumq; commodatum copiâ. 3. Ex terribus animalium ob fulmina,  
tempestates, pestilentiam, terræ motus, cometas. 4. Ex corporibus  
coelestibus, & perpetuo atq; æquabilis ipsorum motu, siderum omnium  
distinctione, utilitate, pulchritudine & ordine. Atque hoc ultimum  
argumentum est, de quo dicitur Psalmo 19. versu 1. Cœli enar-  
rant gloriam Dei, & opera manuum ejus annunciat firmamentum.

K

Qvod

Quod si notasset Socinus nunquam dixisset: In psalmo pro concessa sumi,  
Deum creasse caelos, idq; ab iis, qui eos aspicunt credi, ut in locis illis evenient  
bat ubi David auctor Psalmi erat. Et sensus est, eum qui caelos aspicit &  
contemplatur, quos Deum creasse novet. Dei sapientiam inde percipere.  
Nam nisi DEum pro ipsorum creatore agnoscatur, quā poterit ex ipsis Dei tan-  
quam Creatorū gloriam agnoscere? Quilibet enim homo, etiam si nun-  
quam audivisset, dari principium aliquod absolute primum, ex intuitu  
corporum cœlestium illud potest agnoscere, firmamentum enim an-  
nunciat non tantum opus, quale sit opus; sed etiam indicat, quod corpora  
cœlestia sunt opus manuum, vel potentiae divinæ, siquidem expresse di-  
citur. וְמַעֲשֵׂה־זָרוּיָה פְּנֵי הַרְקִיעַ & opera manuum ejus annunciat  
firmamentum. Quā propositio priorem explicat, Non autem vox  
כְּבוֹד־אָרֶן annuncians potest, uni Socinus pūtar, referri ad כְּבוֹד־אָרֶן  
gloriam Dei; ita ut הַרְקִיעַ firmamentum per appositionem declare-  
tur, quasi dicatur, & opus manuum ejus, puta firmamentum annunciat  
gloriam Dei. Nam 1. הַרְקִיעַ Firmamentum est Nominativus  
autem est Accusativus. 2. Accentus regius & constructio impediunt,  
quō minus מְגֻרָּה annuncians, referatur ad כְּבוֹד־אָרֶן Gloriam Dei.

16. Cum autem non omnia invisibilia Dei intelligantur & per-  
videantur ex rebus naturalibus, quā ex verbo Dei cognoscuntur, sed  
quādam tantummodo, describitur 4. notitia naturalis à natura, &  
conditione istius subjecti, quod naturaliter cognoscitur; quando Apo-  
stolus inquit: ἦν ἀιδης αὐτὸς δύναμις καὶ δύναμις. Per alios  
δύναμιν, non intelliguntur promissiones Evangelica, quā nunquam  
intendunt, sed aeterna Dei potentia, quā omnia miraculosè producun-  
tur, & conservantur, de quā potentia Hiob loquitur cap. 38 v. 31. & 32.  
הַתְּקַשֵּׁר שְׁנָנָתָן כִּימָן אוֹ מְשֻׁכוֹת כִּיסְלָה תְּפַתָּח  
Qui versi-  
culi diversimode ab interpretibus explicantur, apud LXX. Interpretes  
legimus: Σωτήρας γένεσιν τολείας οὐ Φραγμὸν αρχαῖον γάννοι-  
ζεις οὐ λαβεῖται Μαζεύωθεν καὶ πάντα κατέρρει οὐκέτε πάντα κόπιαν αι-  
νεῖται οὐτον; Vulgata versio reddit: Nunquid conjungere valebis  
amicantes stellas Plejadás, aut gyrum Arcturi poteris dissipare? Nunquid  
pro-

producis Luciferum in tempore suo, & hesperum super filios terræ coniugere facis? Lutherus vertit: Kannst du die Bande der sieben Sterne zusammen binden/ oder das Band des Orions auflösen? Kannst du den Morgenstern hervor bringen/ zu seiner Zeit? Oder den Wagen am Himmel über seine Kinder führen?

17. Reliquis sententiis omissis, nos (1) Praesupponimus nomina ea, quibus vulgo nominantur stellæ, Jobo & Prophetis suisse ignota, (2) Dicimus versus citatos non incommodè (quod tamen aliorum pace sit dictum) Ita explicari posse: Nunquid conjungere valebis stellas orientes, quæ nobis sunt voluptati? aut facies ut Planetarum tractus appetiantur? Nunquid educes signa Zodiaci in tempore suo & facies; ut stellarum congregatio ducatur super populos, qui sub illis habitant? Nam (a) בָּנֵי אַשְׁדָּר significat etiam populum in certo loco habitantem, Ezech. 16. v. 28. בָּנֵי קָרְבָּן i. e. populus Assyriæ, & Esa. ii. v. 14. בָּנֵי כָּסְלִיר populus Orientis. (b) non potest significare Orionem, quia (t) is refertur inter stellas coeli, quæ Esa 13. v. 10. distinguuntur. כָּסְלָם significat stultum, quia igitur planetarum motus videatur esse stultus, & errans, propterea quod in Epicyclo moventur, per כָּסְלִיר procul dubio significantur Planetæ (c) opponitur Jobi 9. 9. quod significat occultum ad dextram, si igitur per כְּמֹתָה intelliguntur stellæ meridionales, & quidem illæ, quæ nunquam supra Horizontem ascendunt, sequitur quod significat stellas, quæ nostrum aspectum ingrediuntur, unde non abs re fuit dictum שְׁעָרָנוֹת כִּימָה voluntates stellarum orientium, quia harum stellarum aspectus oblectat homines, & ad Deum dicit (d) significat signa Zodiaci, quæ cum sole oriuntur in tempore suo.

18. Describitur. Notitia naturalis à causâ finali, in his verbis: εἰς τὸν εἶναι αὐτὸς αὐτὸν οὐκέτε. Nam in gentilibus triplex notitiarum naturalium statuitur usus à Dn. Chemnitio part. i. locor. p. 30. 1. respectu ipsorum Ethnicorum, ut quærant καὶ ποιοῦν Actor. 17. v. 27. 2. respectu proximi, ut homines exerceant externam disciplinam & tranquillam vitam cum proximo agant. 3. respectu Dei, ut coram illo reddantur inexcusabiles. Cum igitur omnes gentes naturaliter co-

## DISPUTATIO V.

46

gnoscant, esse Deum, eumq; glorificandum esse, ut Deum, simulq; fateri cogantur, se ignorare, qvomodo sit colendus, omnes autem decere, ut illum anxie qværant, cum sit Ens independens, qvod est principium. & causa omnium rerum: Non possunt esse illi excusabiles coram DEO, qvi vel culus excogi: at (nam suis cultibus Deum contumelius afficiunt, dicitur v. 23.) vel hujus mundi vanitatibus involuti non qværunt revelationis divinæ annunciationem, qvam æternus Deus ad. o conspicuam reddidit, etiam in V. Testamento, ut & Græci & Romani annunciationis verbum in candelabro possum contemplari potuerint.

19. Non itaque ex hoc loco est inferendum: nisi per notitiam naturalem gentiles salvati potuissent, non illos redderet inexcusabiles. Nam inexcusabiles reduntur gentiles, qvod lumen doctrinæ divinæ in candelabro positum noluerunt intueri, & notitiae naturalis manuductione excitari ad perfectiorem Dei cognitionem qvarendam. Qvod notandum est contra illos, qvi statuunt, multos Gentiles sine cognitione doctrinæ Evangelicæ salvatos fuisse, ut Perierius, qvi Disp. 18. in cap. I. ad Roman. inquit: Satis erat ant qvis hominibus, si qvi absq; fide Christi manifestata salutem consecutisunt habuisse fidem ejus implicitam in fide unius Dei inclusam, credentes scilicet Deum esse humanigenes Salvatorem secundum ordinem & modos ipsi notos & in mirabil sua providentia occultos. Cingilius in Expositione fidei ad Christian. Regem. Numam, Ar. stidem, Socratem, & alios inter beatos & coelites collocat, & Deum aliquid fidei in cor Seneca inscripsisse affirmat.

20. Qvæ sententia S. Sacer expreſſe contrariatur. Nam primo. Absq; cognitione veri Dei, & Christi nemo Salvatur Joh. 17. v. 3. & qvi non habet Filium vitam non habet. Joh. 5. v. 12. Neq; est in alio qvopiam salus, nec aliud nomen hominibus darum. Act. 4. 12. secundò. Absq; fide salvificè nemini obtingit salus, Nam qvi non creditur condemnabitur, Marc. 16. 16. & sine fide impossibile est Deo placere, Ebr. 11. 6. Tertio. Absq; honore Filii non honoratur Pater, nam qvi non honorat Filium, is nec Patrem honorat, Joh. 5. 23. & qvi negat Filium, nec Patrem habet, i. Joh. 2. 23. Jam autem Gentiles (1) verum Deum

Deum naturaliter non potuerunt cognoscere, cum Philosophia simplius ignorat, quod essentia divina existat per triplicem subsistentiam vel personalitatem, ita ut verus & unus DEUS sit Pater, Filius & Spiritus Sanctus. (2) Non habuerunt fidem salvificam. (3) Filium non honorarunt, quippe qui illius natura plane fuerunt substituti: Neque hic erat excipiendum, quod citata dicta sunt restringenda, & accipienda in illorum respectu, qui vivunt in Ecclesia: Nam si omnes homines natura sunt filii irae Eph. 2, 3, sunt mortui in peccatis v. 5. & ira Dei manet super illum, qui non credit in Filium, Joh. 3, 36. Si igitur omnes homines natura sunt filii irae, & ira Dei in illis manet, qui non credunt in filium: sequitur gentiles incredulos non fuisse Salvatos. Atque prius, uti constat ex praecedentibus, est verum. E & posterius.

21. Perspeximus hactenus, quomodo Deus non fuerit causa istius cæcitatris spiritualis cui immersi fuerunt gentiles, à quibus aeterna potestis naturaliter fuit cognita. Nunc porro Apostolus ostendit, ipso gentiles cæcitatris sua fuisse causam, quamobrem vers. 21. dicit: οὐτὶς γνῶντας τὸν Θεόν, ἐχεις οὐδὲ γνῶντας αὐτὸν, καὶ τονιζόντης οὐδὲ γνῶντας. Deum cognoscere h. l. significat Deum naturaliter cognoscere, quod patet ex substrata materia, Ioh. 3, 12. et Deum eo cultu honorare, qui ejus divinitati, & aeternæ potentiae conveniat.

22. Glorificatur autem Deus bisariam i. intelligendi facultate, quando ita de Deo sentimus, ut ejus postulat divina maiestas. 2. Factis & operibus, quando Deo illum exhibemus cultum, quem debemus. Gentiles vero neutro modo Deum glorificarunt: Non mente & facultate intelligendi, quod ipsorum monstrorum de Deo festentia abunde testantur: Cum modò homines in Deorum numerum transtulerunt; modo solem, lunam, cœlum, ignem, aquam &c pro Diis habuerunt; modo animantia, ut feles, boves, &c. pro Diis coluerunt, addit igitur Apostolus: αὐτοὶ εἰγανοῦσθοντες εἰς τοὺς Διάβολούς τοὺς αὐτῶν, sed vani inepti. Stulti, & dementes facti sunt in ratiocinatibus suis, i. e. cogitando nihil nisi illud, quod vanum erat, sponte suâ constituerunt. Sic vani facti sunt in ratiocinando. Anaximander: qui nativos esse Deos lon-

gis intervallis orientes occidentesq;. *Anaximenes*, qvi aëra Deum esse statuit, eumq; esse immensum & semper in motu. *Xenocrates* qui Deos octo esse dicit; qvinq; eos qvi in stellis vagis nominantur: unum, qvi ex omnibus syderibus, qvæ infixa ccelo sunt, ex dispersis quasi membris simplex sit putandus Deus, septimum Solem dicit, octavumq; Lunam, *Pontus Heroides*, qvi etiam terram & cœlum refert inter Deos. *Cicero* qvi ipsum mundum Deum dicit, & plures alii.

23. Nec multò absurdiora sunt ea, qvæ Poetarum vocibus fusa (uti Cicero libr. 1. de natura Deorum inquit) ipsa suavitate nocuerunt. Nam si & ira inflammatis, & libidine furentes induxerunt Deos: feceruntq;, ut eorum bella, pugnas, pralia, vulnera videremus: odia præterea, dissidia, discordias, ortus, interitus, querelas, lamentationes, effusas in omni intemperantia libidines, adulteria, vincula, cum humano genere conceputus mortalesq; ex immortali procreatios. Causa igitur cæcitatibus spiritualis gentilium est vanitas in ratiocinando, unde immediatè additur, οὐ γέ εἰσον τοῦ ηγαύνει. *Quodlibet Sapientia*. Quidam Apostolus yult dicere. Scio, o Romani, vestros, & aliorum Gentilium parentes spiritualiter fuisse cæcos. Nam nos Apostoli missi sumus ad Gentiles, ut converterentur ex tenebris ad lucem. Nunc autem causa hujus cæcitatibus nullà ratione transferri potest in Deum; qvia is omnibus gentilib⁹ sese manifestavit, & fecit, ut ejus invisibilbia, puta Potentia, sapientia, & divinitas ex effectu cognoscatur. Quandoq; vidē igitur vestri parentes & alii gentiles Deum naturaliter cognoverunt; cognitum autem non glorificarunt; neq; ei accepta tulerunt beneficia, qvibus singulis momentis affecti fuerunt; sed vani facti sunt in ratiocinationibus suis, quando illum honorem, qvi Deo debetur creaturis exhibuerunt, & falsa multa cum illius natura pugnantia commenti fuerunt, etiam illorum insipiens cor sicut obtenebratum.

24. Qva Responseone datâ, Ap. facile perspiciebat, qvod sibi posset opponi. Gracorum & Romanorum cor non fuisse insciens & obtenebratum. Proinde aliam Prolepsin subjungit tali Euthimemate: Multi Græci & Romani fuerunt Philosophi & Sapientes. E. ipsorum cor non fuit insciens, & obtenebratum. Respondet itaq; ad

Ante-

Antecedens v. 22. Φάσοντες εὐαγγελίαν οὐκ εἰπειν θύμον. Ex quibus verbis tale formatur Enthymema: Gentiles sive sunt Graeci, sive Romani, sive alii populi, quum crediderunt, se esse sapientes, stulti facti sunt, E. non fuerunt sapientes. Antecedens declarat v. 23. οὐδὲ ἀπόλετος τὸ δέξαντα φάγει τοῖς οὐρανοῖς ἐνέργος Φθαρτὸς αὐθεότες οὐ πετεῖνται, οὐδὲ περιποιῶνται, οὐδὲ εργάζονται. Gloriam Dei immortalis mutare est, pro vero Deo, qui temper & ubiq; est, glorificandus aliud amplecti, quod non est Deus, & est vel Sol, vel Luna, vel aliud Ens dependens. Hoc modo gentiles mutarunt gloriam Dei, quam annunciat firmamentum Ps. 19. i. quando non tantum homines, volucres, quadrupedes & reptilia in cœlum translata esse dixerunt; sed etiam cœlestes imagines colere hæc dubitarunt. De illis stellis quas vocant utram majorem & minorem. Ovidius inquit:

*Magna minorum fere, quarum regis altera Grajas,  
altera sydonias utræque sic a rates  
Omnia cum medio posse videantur in axe,  
Et mariis occidua non subeuntis aquas.  
Libereamus, sic cingens amplexibus arcem  
Vestor ab intacta circulus extat humo*

Et Horatius de Cast. & Poll.

*Sic te Diva potens Cypri  
Sic fratres Helene lucida Sidera  
Venerumq; regai pater.*

Quibus cognitis patet 1. falsam esse illam sententiam, qua dicatur, quod DEUS sit causa peccati. 2. Cæcitatim spiritualis Causam esse vanitatem in ratiocinando. Fugiamus igitur hanc vanitatem & queramus Dominum, dum inveniri potest, invocemus eum, dum prope est. Derelinquit impensis viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & revertatur ad dominum. Si n. Gentiles coram Deo non sunt excusabiles, quomodo Christianus, qui vita sua Christum abnegat, & Ethincus est deterior, sese poterit excusare.

De

## DISPUTATIO V.

70

De illis inquit Chrysostomus, Quid eo die dicent Gentiles, tenebris  
vimus. Ita ne verò non exaudiisti calum vocem emittentem nec exaudisti  
compositam rerum omnium harmoniam: tuba illustris clamantem & noctis  
ac diei leges non perspicisti: perpetuò statas atq; immobiles p. Hyemus, verus ca-  
cerorumq; anni temporum compositum ordinem firmum arg; immotum p.  
Maru clementiam, idq; in ranta fluctuum conturbatione & deniq; omnia or-  
dinem servantia, eademq; tuma pulchritudine tum à magnitudine ipsius  
opificē velut: præconio annuntiatio: Huic puta Christiano spiritualiter  
cæco Dominus revelavit iram suam, ut tandem diceret: cogitationes  
tuæ, ô Domine, non sunt cogitationes meæ; neq; viæ tue sunt viæ  
meæ: quia sicut exaltantur coeli à terra, sic exaltatae sunt viæ tue, à viis  
meis, & cogitationes tuæ à cogitationibus meis; nam qvod de te cognoscí  
potest, in me est manifestum; tu enim mihi illud patet fecisti, cum in  
Naturæ, tum in Scripturæ libro. Non igitur video, qvidnam me in  
judicio tuo poterit excusare. Si intueor cogitationes meas fateri o-  
portet, qvod vanus factus sum in ratiotinationibus meis, & cor meum  
in sciens sit obtenebratum. Neq; me poterit juvare in judicio tuo  
mea Politica, Prudentia, & Sapientia. Qui enim arbitrabatur, qvod  
esser Politicus, Vir prudens, Eximius, præclarus, excellens, is vanus &  
stultus factus est; dum mutavit gloriam tuam in ignominiam, & im-  
primis qvæsit, qvomodo non tibi, sed huic vel illi homini placet, sibi q;  
per Vanitatem, & stultitiam in mundo laudem pararet. Ad te igitur  
nunc venio, ô misericors Domine, & supplicibus votis contendeo, ut in  
mea vanitate & stultitia me non voces in judicium; sed propriæ Filii tui  
meritum mihi des cor novum, & ex mera gratia facias, ut tibi obse-  
quar, & in tuis viis ambulem. Quid igitur de Christiano in vanitate &  
stultitia sua perseverante, qvamvis coram mundo sit Politicus, sive  
vir prudens, sit dicendum, illud in scriptura Sacra Spir. S.  
nobis abundè significat.



DISPUTATIONUM  
IN EPISTOLAM AD ROMANOS  
SEXTA  
Philologico - Theologica  
*Supremi Numinis auspicio*  
DIRECTORE  
**JOHANNE QUISTORPIO,**  
S.S. Theol. D. Profess. celeberrimo, Facultatis  
Theol. Semore venerab.

PRÆSIDE  
**M. MICHAELE COBABO**  
Sternbergæ Megapolitano,


RESPONDENTE  
**JOHANNE CHRISTIANO BLECHIO,**  
Hollst.

*Habebitur  
In illustri Rodopolitana  
In Auditorio Unicornis  
ad diem Martij horis matutinis.*

• 690 • 690 •

ROS FOCII,

*Exprimebat Johannes Richelius, Senat. Typograph.  
ANNO clo Iec XLVI.*



# DISPUTATIO

V I.

*Exhibens versum 24. Eccl. cap. 1.*

§. 1.

In præcedenti Disputatione ostensum fuit, 1. Deum non esse causam istius exercitatis spiritualis, cui gentiles fuerunt immersi. Hic enim manifestat iram suam contra omnem impietatem, et iniquitatem hominum, adeo, ut nullus reperiatur peccator, qui non cognoscat, quod sit aliquod principium primum, & causa omnium rerum cui omnis *æterna & ædifica* displiceat tanquam justo iudici vindictam exigenti, & peccatores justo supplicio coercenti. 2. Causam horrendam illius exercitatis fuisse ipsos gentiles, & quidem illorum vanitatem vel stultitiam in ratiocinando, quando ira divina contra omnem impietatem cognitam ab omnibus creaturis invitati, ut illum anxiè quererent, qui est immortalis & incorruptibilis, sui immemores sunt facti & vanitatem mundi exosculantes, veritatem in iniquitate detinuerunt. Nam pro vero Deo & Ente simpliciter incorruptibili apprehenderunt illud, quod est corruptibile, & cui non repugnat mutari quoad suum esse, & à statu sua Entitatē delici.

§. 2. Quam impietatem & Idolatriam Apostolus nunc porro amplificat ab Effectu, quando inquit: *Ἄλλοι καὶ παρέδωκεν αὐτὸς ὁ θεός ἐν ταῖς ἐμθυμίαις τῶν καρπῶν αὐτῶν, εἰς ἀναγνώσταν, τὰς ἀτικηφάλεις τὰς ἀναγνώστας αὐτῶν εἰς ἑαυτούς &c.* Parédwne hic non sumitur positivè quasi Deus inclinasset voluntatem Ethnicon ad pravas cupiditates, & impietatem quandam mentibus eorum instillasset. Si enim Deus ita impulisset ethnicos, factum illud fuisset vel Physice, movendo immediatè voluntatem, vel moraliter, verè & propriè imperando. Posteriū fassum esse Concedit. Chamier. Tom. 1. lib. 3. De Authore Peccati cap. §. §. Ubi inquit: *Si hoc ponitur, puta, quod voluntas impiorum moveatur moraliter à Deo proprio imperando, non video, quomodo dominari possint, qui eos actus perpetrarent.*

L 2

Prius

DISPUTATIO. VI.

Prius est iugium: Non autem hic confundendus est peccati actus, & actus defectus, nam ille est Ens, & à Deo habet ut sit actus, siquidem omne Ens actu reducitur in primum actum scilicet Deum, sicut in causam, quæ est per suam essentiam actus: Hic autem est à causa creata in quantum deficit ab ordine primi agentis. Quemadmodum igitur defectus claudicationis reducitur in tibiam curvam sicut in causam, non autem in virtutem motivam causantem quicquid est motionis in claudicatione; ita quoq; defectus, quo Ethnici defecerunt ab ordine primi agentis reducendus est in ipsos Ethnicos, non autem in Deum tanquam in virtutem moventem: quia Deus non fuit causa ut Ethnicorum actiones fierent cum defectu; nam semetipsos dediderunt lascivitatem ad patrandam immunditatem omnem cum aviditate. Eph 4.v.19.

§. 3. Relinquitur igitur esse alium modum, quo Deus Ethnici tradidit &c. Atq; is est permissivus, quo Deus ipsis permisit male agere, & in horrenda scelera præcipites ruere. Quà explicatione nos modestiæ ejusdam prætextu non injuriam facimus Dei potentiae sapientiæq; uti fingunt Calviniani; Nam Act 14. v.16. expresse dicitur Deum in præteritis æstatibus permisisse omnes gentes ingredi viis suis. Quam permissionem non ita intelligimus, ut per illam vel minimâ ex parte labefactetur Dei providentia; siquidem non imaginamur otiosam in Deo permissionem, ut veluti Justitiae Dei laboranti subveniamus; non enim statuimus Deum simpliciter non volentem & in uitum aliquid permettere; sed permissionem Dei, quæ in malo culpe actum negativum proprie importat, ad peccata; voluntatem autem illius, ad finem referimus. Ut illud optimè declarat Chemnit: part. I. Exam Concil. Trident. pag 268 dicens: Permissio Dei non intelligenda est, quales Tyrannorum permissiones, quæ conjunctam habent voluntatem vel adiuvantem vel approbantem scelera: Nec ita intelligenda est, quasi Deus planè non curet, quando homines perpetrant scelera; Nec permisso illa ita est libera & soluta, ut planè non sit subjecta Providentia divinæ: Deus enim licet non velit, nec audiuet, nec efficiat peccatum, determinat tamen metas, quousq; & quamdiu sit permisurus, quando & ubi sit repressurus impios, multas impiorum

piorum cogitationes & consilia impedit, conatus invertit ac reprimit, vel propter Ecclesiam, vel ut ipsi sibi exitium accersant: Sæpe etiam in mala illa, quæ ab ipsius hominum malâ voluntate oritur, & à Diabolo inflammatur, Deus utitur ad interrogandas meritas poenas illis, quos justo suo judicio vult visitare &c.

§. 4. Finis permissionis divinæ pro diversitate Objecti quoq; est diversus. Si objectum sunt ærumnae & tribulationes, vel malum poenæ, est vel virtutis illius, qui affligitur, manifestatio, vel humilitatis exercitatio, vel alius quidam homogeneus. Si vero objectum est malum culpæ, vel peccatum, finis est Justitiae divinæ demonstratio, & aliorum correctio. De hac permissione Damascenus inquit lib. 2. Orthodoxæ fidei cap. 29 Sunt quædam opera secundū permissionem; nam sinit frequenter justum incidere in calamitates, ut virtutem, quæ in illo lateat alijs apertam, manifestamq; faciat; ut in Job. Aliquando sinit quippiam absurdum fieri, ut per operationem, quæ absurdum videatur magnum aliquod, & admirabile dirigat & operetur; ut per crudem salutem hominum. Et alio modo sinit sanctum male affici, ut ex recta conscientia non excidat, aut ex indulta ei virtute gratiæ in superbiam non extollatur; ut in Paulo; Interdum deseritur quis in malis, ad vitam aliorum in melius commutandam; ut alij videntes quod apud illum est, emendentur. &c.

§. 5. Quod autem usitatum sit in Scripturâ Sacra, ut verba Activa interdum permissivè explicentur, illud probatur ex Matth. 6. v. 13. Ubi in temptationem inducere non potest explicari positivè; nam nemo cum tentatur inquit Iacobus cap. 1. v. 14. dicat, se à Deo tentari; sed unusquisq; tentatur à propriâ concupiscentiâ; & 1 Cor 10 v. 13. expresse dicitur Deum non sinere nos tentari supra viræ. Neq; hæc permissione talis est, qualem faciunt Calviniani, qui quidem concedunt, Deum permettere malum fieri; Illud autem non ita explicitur, ut permissione respiciat malum, & voluntas mali finem. Nam sic facile contendunt Catholicæ, (Calviniani) inquit Chamier. Tam. 2. Panstratib. Cath. lib. 3. cap 5. §. 8. Deum permettere malum fieri, nimisquam ut ipse velit ex decreto sua Providentia id ipsum fieri. Illud, inquam, ipsum,

*quodcumque malum sit male.* In quibus verbis non observatur, aliud esse velle, aliquid fieri; & aliud esse, velle permittere, ut aliquid fiat. Relicta igitur Calvinianorum sententiâ non litigamus simpliciter ut aiunt, pro reprobis; neq; statuimus; nullam in Deo esse justitiam, cuius causa à nobis non pesset intelligi; sed grato potius animo divinam gratiam, absq; omni arrogantiâ prædicamus.

§. 6. Ut igitur nemo existimet, traditionem illam, quâ Ethnici traditi sunt à Deo cupiditatibus pravis, ex absoluto quodam fieri decreto & odio, Apostolus præmittit particulam. *Διό*, quæ notat causas præcedentes, ob quas Deus permisit, ut in turpissima scelerâ præcipites ruerent Ethnici. *Ἐπιθυμία* pro diversitate Objecti sumitur in bonam & malam partem: Priori modo accipitur Ph. 1. v. 23. Posteriori modo Joh. 8. v. 44. Quare interdum restringitur, & dicitur *ἐπιθυμία σαρκὸς* Gal. 5. v. 16. Ephes. 2 v. 3. I. Joh. 2. v. 16. *ἐπιθυμία κανα*, Col. 3. v. 5. *Ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν* I. Joh. 2. v. 16. *Ἐπιθυμία εἰς αὐτὰς θαρσοῖς*. uti hoc loco. Per *αὐτὰς θαρσοῖς* intelligitur omnis impunitas & spurcitia, quæ visu dictu, auditu & facto committitur. Imprimis autem illa, quâ turpissima Venus delectatur. Nam ita Apostolus seipsum explicat addens: *τῇ ἀποδειξῃ τῷ σώματε ἀντῶν ἐν ἑδύσις*. Quâ cupiditate sese ita conspurcarunt gentiles, ut ipsos non poenituerit immundiciae, libidinisq; & impudicitiae quam patrarent. 2. Cor. 12. v. 21. Nam semetipso dediderunt lascivia ad patrandam immundiciem omnem cum aviditate Eph. 4. v. 19. Fecerunt itaq; corpora sua inter se, nam omne peccatum quod facit homo extra corpus est, sed qui scripturatur in proprium corpus peccat. 1. Cor. 6. v. 18.

§. 7. Subjectum, quod traditum est porro Apostolus describit v. 25. his verbis: *ὅτιπες μετέλαβεν τὴν ἀληθείαν τῇ ἡσή* ἐν τῷ ψεύδει, *καὶ ἐστέβαθησαν καὶ ἐλάτερους τῇ πίστει, παρὰ τὸν κτίσαντα, ὃς ἐστιν ἐυλογητὸς ἐν τοῖς ἀπόστολοις αριγύν.* Mutare veritatem dicitur à mutabilitate, quæ est circa intellectum. Nam veritas recte inquit Thomas propriæ est in intellectu. Res autem dicuntur *vera* à veritate,

tate, quæ est in aliquo Intellectu. Intellectus autem veritas in hoc consistit, quod habeat conformitatem ad res intellectas. Mutariunt igitur Ethnici veritatem Dei, non quatenus Deus est suum esse, & intelligere, & mensura omnis esse, & Intellectus, vel summa & prima Veritas, quia Deus est & existit ut simpliciter immutabilis, & nulli passi, nisi obnoxius; ejusq; Intellectus ita sese habet, ut nullam admittat opinionum alterationem. Nam ipsius viae universa sunt Misericordia & Veritas. Psal. 25. v. 19. Sunt justæ & veræ. Apoc. 15. v. 3, sermo illius veritas est. Joh. 17. v. 17. Ipse non est Deus quasi homo, ut mentiatur. 1. Sam. 19. v. 29. Impossibile est Deum mentiri. Hebr. 6. v. 18. Manet Deus verus etiam si omnis homo sit mendax. Rom. 3. v. 4.

§. 8. Quatenus autem Ethnicorum Intellectus fuit mutatus de veritate in falsitatem, quando veros de Deo conceptus cum in nobis reliquos, tunc ex creaturarum inspectione & contemplatione haustos, per stultitiam suam suffocarunt, & ad idola pessimè converterunt, ut illud, quod in conceptu fuit veritas, in applicatione factum sit mendacium & falsitas: eatenus commutarunt veritatem Dei in mendacium. Et si enim omnes inclinabantur per naturam, ut secundum rationem ex communibus principiis procederent ad propria, (nunquam enim fieri potest, ut principia, quæ sunt universalia & omnibus nota, ex cordibus hominum delectantur) attamen proper concupiscentiam, malas persuasions, pravas consuetudines & habitus corruptos factum est, ut lux naturalis sit deleta in particulari operabili, & ratio impedita applicare commune principium & legem nature ad particolare operabile.

§. 9. Philosophi qui Deos esse dixerunt, tanta erant in varietate ac dissensione constituti, ut eorum molestum sit diquim narrare sententias, inquit Cic. lib. 1. de Nat. Deorum. De Platonicis dicit Thomas part. 2. 2dæ. quest. 94. art. 4. Platonici posuerunt, unum esse summum Deum, Causam omnium: Post quem ponebant esse Substantias quasdam spirituales à summo Deo creatas, quas Deos, nominabant, participatione scilicet Divinitatis; Nos autem eos Angelos dicimus.

dicimus. Post quos ponebant animas coelestium corporum, & sub his Dæmones; quos dicebant esse aërea quædam animalia: Et sub his ponebant animas hominum, quas per virtutis meritum ad Deorum vel Dæmonum societatem assumi credebant; Et his omnibus cultum Divinitatis exhibebant. Alij imagines quasdam construebant, quæ virtute Diaboli certos habebant effectus. ex quibus judicatum est, in ipsis esse aliquid divinitatis. Nonnulli divinitatis cultum certis animalibus tribuebant; Quorum sententia quam fuerit inepta Tyrannus apud Herodotum lib. 3. ostendit. Sacerdotes ita alloquens: O capita nequam! Hujus modi Dii existunt sanguine atq; carne prædicti & ferrum sentientes? Et Juvenal's Satgrā. 15.

Quis nescit Volusi Bithynice qualia demens  
Ægyptius portenta colat? Crocodylon adorat  
Pars hæc: Illa pavet saturam serpentibus Ibin.

Iasoni totus fermè Oriens ut Conditori divinos honores templaq; constituit. Iest. lib. 42. cap 3. Ita Gentes illas quas de Deo vero impressas habebant noticias, & ex rerum naturalium contemplatione venari debebant. in idola & Creaturas conferebant, neglecto illo, qui est laudandus in secula.

S. 10. Causa hujus idololatriæ fuit duplex. una dispositiva ex parte hominum, Altera consummativa ex parte Dæmonum. Homines enim vel ex inordinatione affectus & Ignorantiæ, vel aliâ quâdam causa divinū cultū in Creaturas contulerunt. Dæmones sese colendos hominibus errantibus exhibuerunt, quando in Idolis responsa dederunt, & fecerunt, quæ hominibus mirabilia videbantur. Ut autem nefanda Ethnicorum libido & luxuria uberioris describeretur Apostolus denuo indicat, quas impietate suâ creatures magis quam creatorem colentes sibi attraxerint penas dicens: Διὰ τὸ πάρεδωκε αὐτοὺς ὁ θεός εἰς τοῦθον ἀλιμίας. ἂντας τὸν θύλειαν αὐτῶν μετέπλαξεν Τὴν Φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν πάρεδωσιν φύσιν: Ομοίως τε καὶ τοῖς αἱρέσεις Τὴν Φυσικὴν χρῆσιν τῆς θύλειας, ἐξεκαυθησούσαις τῇ ορεχῇ αὐτῶν εἰς αἱλάγιλας, αἱρόντες εἰς αἴροντος τὴν ἀγχομέσιν κατέργασμένην τὴν

77

τινῶν ἀνθρώπων τοῖς ἑαυτοῖς τοῖς ἄλλοις αὐτῶν, ἐν ταύτης δοκολαμβάνεται.

§ 11. Per cupiditates pravas intelligitur omne genus luxuriae atq; libidinis ; ut sunt: Fornicatio, Adulterium, Incestus, Stuprum, Raptus, & vitium contra naturam, in quo specialis quædam & dictu horrida datur deformitatis ratio, quæ repugnat ipsi ordini naturali. Modos hujus vitii varios esse ostendit Thomas dicens part. 2<sup>2</sup>dæ quæst. 144 Art. n. C. Uno quidem modo, si absq; omni concubitu causâ delectationis Venereæ pollutio procuretur; Quod pertinet ad peccatum immunditiae, quam quidam mollietatem vocant. Alio modo, si fiat per concubitum ad rem non ejusdem speciei, quod vocatur Bestialitas. Tertio, si fiat per concubitum ad non debitum sexum, puta masculi ad masculum, vel foeminae ad foeminam, quod dicitur Sodomiticum vitium. Quarto, si non servetur naturalis modus concubendi &c. Tertium modum Apostolus hic expressè nominat, quando dicit; Similiterq; & masculi, relicto naturali usu foeminae, exarserunt &c. Quibus Apostolus vult significare, Gentiles propter Idolatriam in tantam esse conjectos cætitatem, ut major virginitas possit esse, & excogitari. Quemadmodum enim in speculativis erroribus circa illa, quorum cognitio est naturalis, & homini indita, est gravissimus; ita in rebus Practicis agere contra ea, quæ sunt secundum naturam determinata, est turpissimum. Cum igitur in vitiis, quæ sunt contra naturam, homo transgrediatur illud, quod est secundum naturam determinatum circa usum Venereum; sequitur, quod in tali materia hoc peccatum sit gravissimum & turpissimum; Quomodo autem Ethnici specialiter se habeantur turpitudine contaminari, & deformes reddiderint, pudor vetat publicè & copiosè ex antiquitate declarare: Adeat, qui velit, Pausaniam, Strabonem, aliosq; Poetas & Historicos, iisq; addat, quæ ad hunc locum tractat Chrylost.

§ 12. Non autem Apostolus hic impunitatis & turpitudinis eiusdem potest argui, dum Ethnicorum notat spurcitem, & abominationem: Factum enim hoc est non Voluptatis & Oblectationis causâ, (nam Scortatio & omnis immunditia ne quidem inter sanctos hoc modo est nominanda Eph. 5. v. 3.) sed ut nos, omnesq; Christiani, nisi

M

velle.

DISPUTATIO VI.

vellemus tenebris obroi spiritualibus, omnem impuritatem & quietibet abusum inordinatum detestari staderemus. Nam totum corpus nostrum in Dei honorem est conditum. Deus ipse quotidie in verbo suo nos vocat non immunditia causa, sed ad sanctificationem. Gratia illius omnibus hominibus salutifera erudit nos, ut abnegata impietate & mundanis concupiscentiis, sobrit, & justè, & piè vivamus in praesenti seculo; Expectantes beatam illam spem, & illustrationem gloriae magni Dei, & Servatoris nostri Iesu Christi, qui semetipsum pro nobis dedit, ut redimeret nos ab omni iniuitate, & purificaret sibi ipsi populum peculiarem, sectatorem bonorum operum: Et reconciliavit nos in corpore carnis suæ per mortem, ut exhiberet nos sanctos, & irreprehensibles, & inculpatos in conspectu suo; vitaque nostra cum illo in Deo esset abscondita.

§ 13. Ut autem constaret Deum iustè deseruisse gentiles, addit Apostolus: Καὶ τὸν αὐτοῦ διατί λέγει τὸ μάρτυς αὐτῷ, ὃς εἶπεν Τις δοκλαμάσας εἶται. Αὐτὸν δια significat remunerationem, vel compensationem, quæ meritis respondet, & propterea plus est, quam piaudōs; Dum enim gentiles à rectâ viâ, quam natura monstrabat, deflecerent, abominationem manifestam non agnoscerent, & benignissimum Deum in seculi laudandum, eo, qui ipsi debebatur, honore, privarent: Lege talionis utens Deus illos deseruit, & ita cupiditatibus pravis reliquit, ut corpori suo honorem, qui ipsi debebatur, denegarent. Atq; hoc Deus fecit, sicuti iustum & æquum erat; Unde Apostolus non simpliciter dicit, quod receperint in se αὐτούς δια, sed αὐτούς δια in ἐδει, simulq; addit verbum δοκλαμάσας εἶται, ut notet. Gentilium, propter delectationem & voluptatem, quam ex spurcitie, & impuritate sua percepérunt, promptitudinem ad committendam nefandam illa scelerā. 2. Summam cæcitatem & insaniam; Quemadmodum enim illi, qui phrenesi laborant, rident, aliusq; lachrymas excutunt, quando non vident, quomodo corpus suum lædant: Sic quoque gentiles surpitudini suæ relikti, in vanitate suâ lataabantur, quando non videbant, quod corpus suum injuria afficerent, & hoc pacto à Deo graviter punirentur. Ne autem diceretur Ehenicos per imprudentiam peccasse, addit Apostolus vocabulum μάρτυς, quod hoc loco si-  
gnificat.

gnificat ejusmodi errorem, qui non ex imbecillitate ingenii, & simpli-  
ci ignorantia, sed ex malitia, prava consuetudine, & impostura com-  
mittitur contra naturalem noitiam, quæ perpetuò suadebat, ut Deus  
ubiq; coleretur, & in eo colendo nemo sequeretur corrupta & prava  
hominum consilia.

§ 14. Ex hisce apparet 1. Impios non tūm primum pœnā affi-  
ci, quando à Magistratu secundum leges puniuntur; sed quando com-  
mittunt scelera: Nam hæc præmia sunt & stipendia internæ impiera-  
tis. 2. Qualis sit conditio illorum hominum, quos Deus deseruit, &  
reliquit cupiditatibus suis: Nam illi recipiunt erroris sui præmium, &  
non ex impuritate externâ, sicuti decebat, agnoscent internam impie-  
tatem; sed spurcitie, & turpitudine vitæ delectantes, sibi gratulantur,  
quod habeant, ex quo voluptatem percipiant. Sic iustè deseritur à  
Deo, qui deserit Deum, & quia deserens Deum homo peccat, deserens  
peccatorem Deus justitiam servat. Noli igitur ô homo iniquè judi-  
care de Dei providentiâ, & conqueri dejustâ illius desertione. Si æ-  
grotus de Medicō sinistrè judicaret, quando ab illo propter incorrigi-  
bilem in temperantiam deseritur, cogitandum esset hominē de homi-  
ne judicare; Si autem de Dei admirandâ Providentiâ sinistrum feratur  
judicium, insaniz signum est, quæ nullâ ratione poterit excusari; Hæc  
enim semper est justissima, & nunquam deserit, nisi dignos deserit.  
Esto potius gratus erga Deum tuum, & vanitate mundi contempta  
glorifica Salvatorem tuum: Sic experieris, quidnam sit illud: Si quis  
diliget me, sermonem meum servabit, & Pater meus diligit eum, &  
veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus.

§ 15. Ne autem hic objiceretur; Non omnes gentiles posse re-  
os agi illorum vitiorum, quæ sunt contra naturam, subjungit Aposto-  
lus sequentem prolepsin dicens: Καὶ ναθὼς τὸν ἐδόκιμον ἐν Θεῷ  
ἔχειν εἰς θείαν τύχην, παρέδωκεν αὐτὸς ὁ Θεὸς εἰς ὀδόκιμον τύχην,  
ποιῶν μὴ ναθίσκει. Δοκομάτειν Θεὸν ἔχειν εἰς θείαν τύχην est, in illud  
imprimis imcumbere, ut Deus ratione essentia & voluntatis recte co-  
gnoscatur. Quam curam, & meditationem cum spreverint gentiles,  
gratiam suam ipsis subtraxit Deus, ut omni honestate, & virtutis exer-

citio neglecto, in communi vitâ iudicis facti sint dissolutiones, magisq; perversi. Nam in reprobam mentem tradi, est in judicando ita esse corruptum, ut conscientiâ sepultâ, illa, quæ sunt honesta & maximè probanda, rejiciantur; Illa autem quæ sunt inhonestâ, &c, cum rectâ ratione pugnant, eligantur & comprobetur. Quam explicationem nobis ipse Apostolus subministrat, addens: Ποτεν τι μην οὐδὲν κακόν; Quare Beza recte inquit, ἀδόνιμον γέγονον hoc loco non debemus passim significatione accipere, pro mente à Deo extra ullam spem salutis reprobata: Sed activè potius pro eâ, in qua sit vis illa judicij & rationis supulta: Uthomo illâ non utatur, sed quasi sublato boni & mali discrimine, pronus ad peccandum ruat.

§ 16. Quemadmodum autem ex priori traditione non erat judicandum, quod Deus sit Author peccati; ita quoq; ex hac nequam illud est colligendum. Si enim Deus facit bene, ut Augustinus docet, etiam finendo fieri, quæcunq; fiunt malè; nunquam cogitandum est, Deum esse Peccati Authorem, quando homines ab illo in reprobam mentem traduntur; sed antegressam iniquitatem ipsum justo judicio vindicare. Quid ergo dicemus? Annon Deus est Omnipotens? Annon potest omnipotentia suâ convertere impietatem humani cordis ad pietatem? Annon potest non tantum nolentes, verum etiam repugnantes mutare, & in rectam viam reducere? Et cum sit potentissimus, simul & optimus, quid est quod non facit, quod nobis optimum videtur? Ad hoc respondeat Brentius: Recte affiras, Deum esse ut Potentissimum, ita & Optimum. Sentiamus igitur optimum esse quod facit. Non enim dubium est, quin posset pro suâ Omnipotentiâ omnes homines convertere ad veram pietatem. Sed cur hoc non faciat, aut facere velit, non est nobis disputandum. Non est nos sacer debitor. Non enim, inquis Dominus, cogitationes meæ, cogitationes vestræ, Neq; viæ vestræ, viæ meæ. Quia sicut exaltantur cœli à terrâ, sic exaltari sunt viæ meæ à viis vestris, & cogitationes meæ à cogitationibus vestris. Quare, si illa, quam recitavimus, quæstio incidet, exclamandum est cum Paulo. O profunditatem divitiarum, & sapientiae & cognitionis Dei, quam inscrutabilia sunt judicia ejus & impervestigabiles viæ ejus.

§ 17. Quo-

§ 17. Quomodo autem Ethnici non fecerint, quæ conveniunt, Apostolus porro probat ex illorum effectu, dicens: Πεταληρούσσης πάση ἀδικία, πονεία, πηγέα, πλεονεξία, κρήκη, μεσός φθόνος, Φονός, ἔργον, δίλος, προκρίσις, φυλετισμός. Καταλάλησε, θεοπούλης, ιερείς, οἰεροφάγος, ἀλαζόνας, ἐφερετὸς κρηῶν, γονότον ἀποθεῖς, Λουκέτος, ἀσυνθέτης, ἀστράψης, ἀσύνδεσης, ἀσθενῆς. In quibus versiculis talis continetur vitiorum catalogus, ut nemo inter gentes & Judeos reperiatur, qui non fateri cogatur, se unius atque alterius delicto esse obnoxium, & propterea miserum esse peccatorem, qui ex se & suis viribus in judicio divino non poterit consistere. *Adiutoria* hoc loco non opponitur iustitiæ particulari, sed universalis, & notat illud omne, quod est contrasecundæ tabulæ praæcepta. Hanc commiserunt gentes, dum accommodarunt membra sua, arma iustitiæ peccato, & nihil curarunt quid justum sit aut injustū; quid honestum & virtuti conveniat, vel in honestum & cum virtute pugnet. *Porneia* est vitium, quo in excessu peccatur contra castitatem, quod vitium apud gentes tam fuit frequens, ut corrupta ratio turpiter judicaverit, illud præsertim in adolescentibus non esse reprehendendum dicens: Non est flagitium, adolescentem scortari. Quantum autem illud sit malum, hinc inde Scriptura sacra demonstrat. Fugite scortationem inquit Paulus I. Cor. 5, 18. Nam omnes peccatum quocunq; fecerit homo, extra corpus est: sed quis scortatur, in proprium corpus peccat. Scortatio ne nominetur inter nos, Eph 5, 3. Hec est voluntas Dei, sanctificatio vestra, ut abstineatis à scortatione, 1. Thes. 4, 3. Scortatores & adulteros judicabit Deus, Hebr. 13, 3.

§ 18. *Porneia* est vitium, quo aliquis peccat ex inclinatione habitus, & propensione animi ad deteriora? Qualis est hypocritarum, qui aliis absq; causâ student damnum & dolorē inferre: Talis *porneia* erat illorum ad quos Christus dicit Matth. 22, v. 18. Quid me tentatis hypocritæ. *Πλεονεξία* est vitium, quo quis mediocritatem violat in nimium accipiendo retinendoq; nam semper avarus eget, semper inops quocunq; cupit. De hoc vitio inquit Augustinus, Insatiabilis est

sola avaritia divitum. Semper rapit, & nunquam satiatur: Nec Deum timet, nec hominem reveretur: nec patri parcit, nec matrem cognoscit: nec fratri obtemperat, nec amico fidem servat: viduam opprimit, pupillum invadit: liberos in servitutem revocat: testimonium falsum profert: Res mortui occupatur: Quæ est illa animarum insania? Amittere vitam, appetere mortem: acquirere aurum & perdere cœlū. Quantam igitur perniciem hoc vitium adferat rebus humanis, ostendit Cicero lib. 2. Offic. dicens: Nullum est vitium tetius quam avaritia: præsertim in principibus & Remp. gubernantibus; habere enim quaestui Remp. non modo turpe est, sed sceleratum etiam & nefarium.

§ 19. **Kænia** est vel habitualis vel actualis, quod declar. Thom. p. 12dæ. q. 78. art. 1. dicens: Malitia, ex qua aliquis dicitur peccare, potest intelligi malitia habitualis: secundum quod habitus malus à Philosopho nominatur malitia: sicut habitus bonus nominatur virtus; & secundum hoc aliquis dicitur ex malitia peccare, quia peccat ex inclinazione habitus. Potest etiam intelligi malitia actualis, sive ipsa mali electio malitia nominetur: & sic dicetur aliquis ex malitia peccare, in quantum ex mali electione peccat. **Pleni Invidia**; Hæc adeo perulgata fuit apud Ethnicos, ut Cicero dixerit, pleriq; sunt invidi, maximèq; hoc est commune vitium. **Cade, Contentione, Dolo**, quo aliter senserunt, & aliter locuti fuerunt, ut proximo insponerent: **Kængnθeos**, quæ est vitium, quo aliena recte dicta & facta iniquè interpretamur: Εστιν γὰρ ηγερθεῖσα inquit Aristot. τὸ θηρευτικὸν λαρυγάνειν ἀποτελεῖ. Ψιθυρεῖσα dicuntur à susurratione, vel clandestinâ delatione, & obtrectatione, quæ amicos inter se committunt; Nam ψιθυρίζω significat, susurro, occultâ delatione accuso, sicuti apud Suidam dicitur: Επιδή Φαιδρας ἐψιθυρίζει θέσεις ιππολίτες Διοσκύρου αὐτὸν.

§ 20. **Kæmλαλει** dicuntur ab obtrectatione, quæ est illorum, qui quipiam, quamvis sit verum, in aliquem dicunt, ut hoc ipsum calumnientur, & aliorum trahant, vel sinistrè apud alios de illo judicent: quomodo illud declarat Basilius dicens: Ο λέγειν πατέρες μνηστηρία αὺν τε τοῦ Διαβόλου οὐ διεργάτεις εἰσι, καὶ οὐληθεῖς ή τολμε-

**χίριμον.** Quare autem illud quod etiam verum est, non debet apud alios dici, ut sinistre de aliquo judicetur, ostendit Jacobus cap. 4, ii. & iii. dicens: Μὴ πατέλαληπε ἀδελήων, ἀδελφοῖς: οὐ πατέλαλῶν ἀδελφῶν, καὶ μείνων τὸ ἀδελφὸν αὐτός, πατέλαλαι νόμος, οὐ μείνει νόμος. Εἰ δὲ νόμον κρίνεις, τότε εἶ πιστὸς νόμος, ἀλλὰ κεκτῆς. Εἰς τούτον ὁ νομοθέτης ὁ Ἰωάννης σώσας οὐτε λέγεσθαι: Καὶ τίς εἴτε οὐ κρίνεις τὸ ἔπειρον. Θεοῦ γένεις, vel potius Ἰησοῦ γένεις (non enim hic potest accipi passim; siquidem significat, ut patet ex contextu, vitium, quod fuit in hominibus) dicuntur ab impietate, qua voluntatem Dei oderunt, & audiire nolunt: Quales etiam fuere Judæi, de quibus Nonnus in Paraphrasi super 22. capit. Ioh. τίς πίλεν ἄνη;

Οὐ οὐτε Ιησοῦ γένεις παρεγράψει,

**Υἱοτάτοι** dicuntur à vituperio vel contumelia, quā proximum laceſſere, & indignationem provocare gestiunt: Quare legis per Iustus Luc. II. v. 45. respondet: Διδάσκαλε ταῦτα λέγω τοι ημᾶς ιδεῖς: Putabat enim non absq; contumeliam à Christo dici; Væ vobis Scribe & Pharisæi, & Hypocrita; quia estis ut monumenta, quæ non apparent, atq; propere Scribes & Pharisæos non immerito ad indignationem provocari. Υπερηφανοὶ suam denominationem habent ab arrogantiâ, qua sui amantes alios præ se contemnunt: quare Luc. I. v. 51. dicuntur: Τοιούτοις Αγροίς καρδίας αὐτῶν. Αλλαζόντες nomen sortiti sunt à jactantia fallaci & dolosa, qualis est illorum, qui sunt vani ostentatores, & mendaces jactabundi. Ερθροί γανῶν sunt inventores malarum & inhonestarum artium. Basilius eos esse intelligit, qui præter ea, quæ usitata & nota vulgo sunt mala, alia excogitant. Αταλλαγή γενεῶν dicuntur à contumeliam, quā filii parentum vel superiorum dictis & consiliis refragantur; neq; illorum cura commendari patiuntur.

**Στυλούσοι** dicuntur à stulta ignorantia, quā non sentiunt illa, quæ scitu sunt necessaria, & cognosci debent ac possunt; sed suas tantum cupiditates sequuntur, & actionum civilium principia negligentes sibi persuadent, quod aliquid sciant, cum tamen verâ scientiâ

ant

*huius destituti.* *A*ctu* i*usti** dicuntur ab inconstantia & remeritate, quā non stant promissis, sed frangunt & violent pacia; Nam *C*onf*usio*n*s* significat etiam pacis cor. *A*ctu* p*ro*p*ri*o*n*ti* dicuntur à durtie illā, quā parentes, liberi, conjuges, fratres, cognati, vicini, cives, populares, naturales esse dī, & inclinatioes exuentēs dētēriores sūnt bestiis, & propter ea stipites potius, quam homines sunt nominandi. *A*ctu* v*er*bi* dicuntur à vitio, quo nolunt reconciliati, vel in concordiam redigi, & injuriās condonare; Quales Aristoles vocat *μ*η*τ*η*ρ*γ*ε*ς**, qui illati mali semper sunt memores, & tenaces. *A*ve*λ*ε*γ*γ*ε*ς** nomen acceperunt à vitio illo, quo erga alios sunt immites, vel immisericordes: Dum sibi tantum bene eupiunt, aliorum malis autem non tanguntur, neq; curant, quomodo cum illis agatur.

§ 22. Ne autem quis prætenderet 1. Ethnicorum ignorantiam, & diceret illos ignorasse, quod ab illis vitiis esset defistendum, 2. Pauli severitatem & vehementiam in mores Ethnicorum, cum multi fuerint, qui egerunt vitam honestam, & pravos aliorum mores non sunt imitati, respondet ad id Apostolus vers. ult. in quo *C*on*f*us*io*n*s* n*on* m*ea*o*r*g*ε*ς** Consentire in scelera non tantum significat aliorū vitiis delectari; sed etiam illis non multū affici, ad ea non ex animo ex pavescere neq; pro virili anniti, ut caveantur, qualem consensum Exemplis declarat Brentius dicens: Ecclesiastes, si non tam diligenter explicat magnitudinem, & gravitatem scelerum, quā lex Dei exigit, consentit in sceleris, & fit reus scelerum, quae auditores sui designant. Magistratus si non tantā curā tuetur honestas leges, & animadvertisit in publ. sceleris, quantum vocatio ejus requirit, fit reus omnium scelerum, quae subditi committunt. Paterfamilias, si conniveret ad peccata familiae, & negligit ea, ac etiam si displicent ei, tamen si non facit suum officium, ut pro sua vocatione puniantur, recte dicitur consentire. Tales fuerunt Ethnicorum mores, impietatis præmia, ac signa quod ipsorum cor fuerit sine timore Dei, & charitate proximi. Nunc quidē optandum esset, ut Salvatoris, omniumq; sanctorū vitam in conspectu nostro perpetuō haberemus, atq; pravos Ethnicorum mores nullus Christianus imitaretur. Sed inspiciamus præcedentem vitiorum Catalogum: conferamus illū cum præsenti seculo; sic apud omnes in confessio erit, nos Denū non timere, neq; proximum diligere.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn738035319/phys\\_0083](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738035319/phys_0083)

DFG



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rostdok/ppn738035319/phys\\_0084](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn738035319/phys_0084)

DFG

IN EPISTOLAM AD ROMAN

tate, quæ est in aliquo Intellectu. Intellectus autem consistit, quod habent conformitatem ad res intellectas, igitur Ethnici veritatem Dei, non quatenus Deus est intelligere, & mensura omnis esse, & Intellectus, vel summa, ritas, quia Deus est & existit ut simpliciter immutabilis, & obnoxius; ejusque Intellectus ita sese habet, ut ratiō opinionum alterationem. Nam ipsius viae univer- cordiae & Veritas. Psal. 25. v. 10. Sunt justæ & veræ. sermo illius veritas est. Joh. 17. v. 17. Ipse non est Deus ut mentiatur. 1 Sam. 19. v. 29. Impossibile est Deum nō v. 18. Manet Deus verus etiam si omnis homo sit mī. v. 4.

§. 8. Quatenus autem Ethnicorum Intellectus de veritate in falsitatem, quando veros de Deo conceperis reliquos, tunc ex creaturarum inspectione & cō- haustos, per fructitiam suam sufficarunt, & ad idola per- terunt, ut illud, quod in conceptu fuit veritas, in applica- sit mendacium & falsitas: eatenus commutarunt vī- mendacium. Etsi enim omnes inclinabantur per natu- dum rationem ex communib⁹ principiis procedere (nunquā enim fieri potest, ut principia, quæ sunt unive- bus nota, ex cordibus hominum delectantur) attamen p- pīscantiam, malas persuasions, pravas consuetudines, ruptos factum est, ut lux naturalis sit deleta in particu- & ratio impedita applicare commune principium & ad particulare operabile.

§. 9. Philosophi qui Deos esse dixerunt, tantā- tate ac dissensione constituti, ut corū molestum sit di- quias, inquit Cic. lib. i. de Nat. Deorum. De Platonis part. 2. 2dæ. quest. 94. art. 1. Platonici posuerū summum Deum, Causam omnium: Post quem pone- stantias quasdam spirituales à summo Deo creates, qua- nabant participationē scilicet Divinitatis; Nos autem

